DE

CONTINVATIONE TORTVRAE

INTERRVPTAE

AVSPICE DEO T. O. M.

RECTORE VNIVERSITATIS MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DOMINO

IO. CAROLO LVDOVICO

COMITE PALATINO RHENI

BAVARIAE DVCE, rel.

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

PRAESIDE

GODOFREDO DANIELE HOFFMANNO

PHILOSOPHIAE ET IVRIS VTRIVSQVE DOCTORE, SACRI CAESAREI PALATII COMITE, SERENISSIMI WVRTEMBERGIAE DVCIS CONSILIARIO, IVRIS PVBLICI ET FEVDALIS PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO, FACVLTATIS IVRIDICAE

h. t. DECANO

PRO GRADV DOCTORIS

DIE OCT. MDCCLVII.

DISPVTABIT

BVRCARDVS FRIDERICVS MAVCHART

TVBINGENSIS

TVBINGAE FORMIS ERHARDIANIS.

§. I.

Quum NOBILISSIMVS, idemque DOCTISSIMVS CANDIDATVS RESPONDENS, deſideratiſſimæ quondam conjugis meæ frater, AESCVLAPII illius *Würtembergici*, MAVCHARTI, quem, fama etiamnum ſuperſtitem, nunquam intermoritura pietate ſocerum colo, filius, mihi longe dilectiſſimus, *diſſertationem*, quam pro conſequendis rite & legitime ſummis in jure honoribus, pro roſtris academicis defenderet, IVRIS CIVILIS, & ſi fieri poſſet, CRIMINALIS, abs me haud ita pridem efflagitaret; ſtatim animum meum ſubiit, qualem ſæpe crucem mihi fixerit, quantosque ſcrupulos & dubitationes, tum mihi, tum aliis injecerit *quæſtionis*, per corporis tormenta & cruciamenta, quacunque tandem cauſa *interruptæ*, *continuatio*. Vnde citra moram mecum conſtitui, gratiſſima hac occaſione, exercitationibus *juris publici*, argumentum quoddam *privati juris*, idemque practicum, interſpergendi, *continuationem quæſtionis*, quam bar-

baro quidem & in universo legum Romanarum corpore nullibi inveniendo, at commodo tamen & tevtonica quoque civitate dudum donato vocabulo, *torturam* vocant, *interruptæ*, in gratiam judicum & advocatorum, quin ipsorummet plane reorum, paullo uberius exponere, sicque non totam quidem *juris* TORMENTORVM *prudentiam*, æque vastam, ac quidem, cum semper de corio humano in area hac torturali ludatur, delicatam, prolixe tradere, vel, quod absit, sexcentorum, qui ex instituto de tortura scripserunt, auctorum scrinia, crassiore subtilioreve minerva expilare: at hac ipsa tamen, utilitate & necessitate sua omnino commendabili, *juris torturalis*, vere, & ipsa subinde morte magis *terribilis* (in sensu *L.* 2. §. 8. *Cod. de veteri jure enucleando*, *vel.* non vero *L.* 13. §. 4. & *L.* 14. *pr. Cod. de judiciis*, vid. CHRISTIANI WILDVOGELII *Progr. de scripturis terribilibus*, *Ienæ*, *anno* 1750. una cum aliis nonnullis recusum) particula, ab omnibus ferme scriptoribus & commentatoribus, velut ex composito neglecta, insignem juris criminalis lacunam paucis supplere.

§. II.

Id quod ut eo certius feliciusque fiat, ea *omnia* statim removenda atque a præsenti hocce instituto procul arcenda erunt, quæ ei admodum propinqua & vicina quidem, at propter hanc ipsam tamen causam, *impedimento* magis, quam *adjumento* esse videntur.

§. III.

Non agam PRIMO de *repetitione* vel *iteratione* torturæ, jam antea scilicet perfectæ, atque in summo, vel decreto certe gradu absolutæ, consequenter non tam prosequendæ saltem, perficiendæ & *continuandæ* modo, quam potius, nunquam tamen sine prorsus NOVIS, a prioribus, prima scilicet tortura satis elisis & plene purgatis, nec proinde *revivisscentibus*, vid. IO. BRVNNEMANN in *Proc. Crimin. Cap. VIII. membro V. num.* 91. vel cum novis istis *cumulandis*, id quod B. AVG. *a*

LEY-

LEYSER in *Specim.* 640. *med.* 16. & 17. *Tomo X. pag.* 239. & 240. admittit, ſpecie plane diverſis, ſolis & per ſe ad decernendam torturam ſufficientibus, licet illis non præciſe majoribus & *evidentioribus*, prout PAVLLVS in *L.* 18. §. 1. *de quæſtionibus*, & cum eo hodie nonnulli Iureconſulti poſtulare videntur, INDICIIS, in quorum vero numerum ſola etiam, ſi modo doloſa, confeſſionis, *prima* vel *ſecunda tortura* elicitæ, revocatio recte refertur, vid. NEMESIS CAROLINA, *Artic.* 57. & 58. ibique IO. PAVLVS KRESS, *pag.* 177. CHRISTOPHORVS DONDORFF, in *Diſp. de revocatione confeſſionis per tormenta extortæ*, von Wiederruffung der Urgicht, *Lipſiæ* 1716. ed. itemque IO. FRIDERICVS FALCKNER, in *tract. de eo, quod juſtum eſt circa inquiſitum variantem*, 4. *Frf.* 1719. & cum acceſſ. *Lipſiæ* 1729 ed. *Sect. I. Cap. II.* & *III. pag.* 5. 20. 28. ad continuationem torturæ interruptæ reg. non neceſſariis, de novo, ab ipſa nempe pollicum compreſſione, *inchoandæ*, ſicque tam *phyſice*, quam *juridice* iterandæ & *repetendæ*; *materia*, quæ præſenti noſtro themati vere præjudicium fecit, minusque, quam par erat, diſtincta, quæ naturali tamen ratione ipſoque primo conceptu ſuo admodum differunt, *continuatione* & *repetitione*, in cauſa fuit, quo minus *iſtam* ſingulari, quam tamen omnino merebatur, induſtria tractaverint jureconſulti, de *hac* magis, quam de *illa* ſolliciti, *iſtamque* non niſi *hujus* nomine comprehendentes, *materia*, eo graviore, eoque majore circumſpectione tractanda, quo durius inhumaniusque eſt, unum eundemque hominem, unius ejusdemque delicti cauſa, ſive potius, non tam delicti ipſius, nullo quippe favore nullaque prorſus miſericordia digni, quam potius diverſi ſaltem, quo judex ſenſim ſenſimque, prout nempe indicia ſeſe produnt, de iſto certior fit, modi, ſi a rei *confeſſione*, nec *ſemper* a *tortura* liberante, nec *ſemper* ad *condemnationem* ſufficiente, diſceſſeris, fere a caſu fortuito, plures paucioresve, clariores obſcurioresque probationes ſuppeditante, pendentis gratia, bis, ter, ſæpiusve eisdem, vel majoribus plane tormentis, excruciari, *materia*

vero etiam a multis & graviſſimis jureconſultis cum cura & ſollicitudine ſatis jam pertractata, ex inſtituto nempe a PETRO SCHVLTZEN, in *Diſſ. de reiteratione torturæ*, *Francofurti*, anno 1685. a MICHAELE HENRICO GRIBNERO, in *Diſp. de repetitione tormentorum confeſſo infitiante*, *Vitembergæ*, anno 1714. habita, & *Opuſculis* Ejus *juris privati*, quatuor *ſelectorum opuſculorum juris publici* tomis, & *Halæ* anno 1722. editis, ſubjunctis, *Sect. V. pag.* 119. — 159. inſerta, a IO. FLOR. RIVINO, in *Diſſ. an & quatenus mortis reus tormentis denuo ſubjiciendus ſit? Lipſiæ* 1737. nec non & omnium quidem noviſſime a IO. SAM. FRIDERICO BOEHMERO, in *Diſp. de iteratione torturæ rata vel irrita*, *Francofurti ad Viadrum* anno 1749. edita. ORDINATIO CRIMINALIS WVRTEMBERGICA, tum *antiquior*, IOANNIS FRIDERICI, de *anno* 1621. prouti illa in der Lands-Ordnung, *Num. XIV. pag.* 355. legitur, §. 9. *pag.* 361. & 362. tum *novior*, EBERHARDI LVDOVICI, de *anno* 1732. *Tit. II.* §. 6. prouti in *Continuatione* ſive *Parte II. Extractus* der Hochfürſtlich-Würtembergiſchen *General-Reſcripten*, *pag.* 335. — 348. legitur, *Tit. II.* §. 6. *pag.* 375. & 376. hanc in rem non niſi hæc ſtatuit: " Würde nun der Verhaffte in ſolcher an ihm vollzogenen territion oder Tortur entweder gar nichts bekennen, und ſich durch Ausſtehung derſelben purgiren, oder aber dasjenige, was er nach jener Vornahm bekannt, nachgehends an der Beſtehnung (wann ihme nehmlich nach Verflieſſung 24. völliger Stunden nach ausgeſtandener Marter ſein Urgicht, ſo er bey der Tortur zuvor bekennt, vor ſieben ehrlichen Männern zu Vormittags-Zeit, und zwar nicht an dem Ort, Thurn oder Gewölb, da er torquiret worden, auch nicht in Beyſeyn des Nach-Richters, wieder verſtändlich vorgeleſen wird) revociren und wiederſprechen, ſollen Unſere Beamte ein ſolches alles, weil obangeregter maſſen die Tortur ſine nova cauſæ cognitione und anderwärts beſchehene Richterliche Erkäntniß keineswegs zu reiteriren ſeyn, ſolches wiederum an Unſere Juriſten-*Facultæt*, oder aber, wann beſondere der Sachen Umſtände es erfordern, ſogleich zu Unſerm Regierunge-Rath umſtändlich berichten und fernern

Beſcheid

Beſcheid erwarten.„ Moderatam vero COLLEGII noſtri IVRIDICI TVBINGENSIS ſententiam, praxinque circa revocationes reorum conſtantem, larga manu & facili negotio haurire licet e tot ILLIVS, quæ typis excuſa proſtant, reſponſorum, conſiliorum atque deciſionum voluminibus. Adde *Magnifici* ejus hodie *Senioris, Dn. Dr.* SCHOEPFFII *Diſſ. de proceſſu criminali caute inſtituendo abbreviando & finiendo, Tubingæ, anno* 1729. *ed. Cap. II.* §. 36. *pag.* 39.

§. IV.

Neque SECVNDO de eo agere conſtitui, quousque *tortura*, & quibus illa, GRADIBVS, *continuanda* ſit? Quamvis enim, dolores & cruciatus, ſenſim ſenſimque augendos, nec vero ab initio ſtatim in ſummo gradu & maximo rigore adhibendos eſſe, naturalis ratio omnibus imperet; ne ſcilicet alias ſtatim obfirmentur reorum animi, uti L. ANNAEVS SENECA in *Ep. LXXVIII. quo incitatior* ſcribit, *eſt dolor, eo citius in alienationem ſtuporemque convertitur;* ſic vero ſemper adhuc habeant, quod ulterius metuant, vel graviores ibi forſan adhibeantur dolores; ubi leviores, una cum graviorum metu, idem effeciſſent, omni reorum confeſſione eo magis ſemper æſtimanda, quo minori torturæ metu graduve elicita fuit: in ipſis tamen illis GRADIBVS, per quos adſcendendum atque ad ſummum usque faſtigium perveniendum ſit, adeo non conveniunt *leges* & *mores*, ut, cum magnam in hac quoque materia auctoritatem habeat, cujusque loci obſervantia, ipſius quoque judicis arbitrii norma & regula, exteris Iureconſultorum collegiis, neceſſario plerumque conſulendis, *Art. C. C. C.* 7. & 28. una cum actis, adcuratam modi graduumque torturæ ibi ſolemnis deſcriptionem transmittere: non conſultum modo & utile, ſed plane neceſſarium ſit. Cum enim nulla generalis lex Germaniæ hanc in rem proſtet; vid. *L.* 7. *de quæſtionibus* & *Articulum* CONSTITVTIONIS CRIMINALIS CAROLINAE 58. & illa, ſi quidem proſtaret, in ſingulis tamen Germaniæ territoriis nihilominus aliter ſeſe habere poſſet, conf.

Pro-

Prooemium CAROLINAE, *verſu ult.* doch wollen Wir ꝛc. actuque modi & gradus torturæ in Germania adeo varient, ut vix ac ne vix quidem duo diverſa reperiantur territoria, quæ unum eundemque torquendi facinoroſos modum gradumque ſervent, aliis alia media & *inſtrumenta* adhibentibus, aliis pauciores, aliis vero plures tribus *gradus*, graduumque intervalla & augmenta, aliis *territionem*, quam vocant, *realem*, ab ipſa *tortura* non ſatis diſtinguentibus: Conf. omnino IO. IOACH. SCHOEPFFERI *Diſſ. de præludiis torturæ*, *Roſtoch.* 1707. HVLDERICI *ab* EYBEN, ſive PERNERI *Diſſ. de territione*, & IO. MEYFARTHI *Diſſ. de differentiis territionis & torturæ*; Iureconſultorum Collegia omnium optime communiſſimæ trium graduum torturalium diſtinctioni inſiſtunt, &, ſi quidem tortura, vel ad ſummum usque gradum *continuanda*, vel in primo & infimo ejus gradu, vel in ſecundo tamen atque medio *interrumpenda* ipſis videatur, hoc ipſum non *formulis*, *numeris* & *gradibus* modo, clare licet, & diſtincte exprimunt, ſed ipſa potius tormentorum *genera*, *inſtrumenta*, *modos*, *gradusque* ſuccinctis verbis determinant. Recte id ſuadente *Cel.* CHRIST. FRID. GE. MEISTERO, in *Principiis juris criminalis Germaniæ communis*, *Gœttingæ* anno 1755. editis, *Sect. III. Cap. XIX. §. 5. 6. pag. 397. 398.* Tantum enim *Iureconſultorum*, circa *decernendam*, & *Iudicum* circa *exequendam* TORTVRAM ego quidem credo *arbitrium*, ut ſi vel maxime in territorio quodam legalis graduum determinatio proſtet, ipſis tamen, vel unum dividere, vel plures conjungere, hocque utroque modo novum quendam, qui vel primo minor, vel primo major, at ſecundo tamen adhuc mitior ſit, pro re nata, pro indiciorum gravitate, pro *phyſica* non ſolum, ſed & quam maxime pro *morali* rei torquendi conſtitutione & complexione, efficere liceat. *Tormenta* namque, ut magnifice *pro* P. SVLLA dixit M. T. CICERO, *Cap. XXVIII.* "*gubernat* DOLOR, *moderatur* NATVRA *cujusque tum* ANIMI, *tum* CORPORIS, *regit* QVAESITOR, *flectit* LIBIDO, *corrumpit* SPES, *infirmat* METVS, *ut in tot rerum anguſtiis nihil* (vel parum) VERI-

VERITATI *loci relinquatur.* „ Quem ad modum ſcilicet e contrario etiam ultimo atque ſupremo aliquid addere, quid quod, pro delicti atrocitate, *inſolitos* plane & *intenſiſſimos* quosvis cruciatuum modos gradusque adhibere poſſunt. Accedente præſertim Principis auctoritate ſpecialique ejus permiſſione. Liceat mihi hoc loco illuſtrationis gratia ea adducere, quæ de tortura famoſiſſimi illius, qui horrendo auſu GALLIARVM REGVM V. Ian. h. a. cultro vulneravit, *Roberti Franciſci Damien*, in libro, cui titulus: der Königs-Mörder, in dem Leben und den Geſchichten Robert Franz Damiens, aus den Original-Acten und Verfahren bey ſeinem peinlichen Proceß, wie ſolcher vor dem Hofgerichtsamte und dem Parlaments-Gerichte geführet worden, geſammlet von M. le Breton, Criminal-Gerichtsſchreibern bey dem Parlament, (Hamburg und Leipzig, 8. 1757.) paſſim leguntur, veluti *pag.* 30. " Mitten unter dieſen auſſergerichtlichen Befragungen machete der Eifer, derjenigen die ſie thaten, und der gerechte Abſcheu, den man vor dem Böſewicht hatte, daß man, in der Hoffnung ein Bekenntniß von ſeinen Mitſchuldigen durch den Schmerz zu erhalten, ihn zu einem brennenden Feuer brachte, und ihn mit glühenden Zangen an den Fuß-Knöchlein zwickte. Es daurte nicht lange, ſo merckte man die Gefahr, die ſich dabey befand, wenn man den Miſſethäter ſo peinigte.„ *pag.* 47. " Es iſt nothwendig, allhier anzumercken, daß man bey der Donnerſtagsſeßion, weil man voraus ſah, daß Damiens auf die peinliche Frage würde gebracht, in Berathſchlagung genommen, was für Art von Marter man ſich bey dieſer Gelegenheit bedienen wollte. Man hatte dem Herrn General-Procurator viele Nachrichten und Anweiſungen deßwegen zugeſtellet. Sie wurden alle den Aerzten und Wundärzten des Hoffes mitgetheilet, deren einmüthiges Gutachten dahin gieng, unter allen Arten der Marter, wäre diejenige am wenigſten gefährlich für das Leben, und am wenigſten einigen Zufällen ausgeſezet, welcher man ſich am gemeiniglichſten bey dem Parlemente bedienet, und welche unter dem Nahmen der ſpaniſchen Stiefeln (la queſtion des Brodequins) bekandt iſt. Eben die Aerzte und Wundärzte berichteten, was

sie für Beobachtungen gemacht hätten, um die Schmerzen zu verlängern und empfindlicher zu machen, ohne daß man in Gefahr stünde, daß der Verurtheilte unter ihrer Heftigkeit erläge oder die Erkenntniß und Empfindung verlöre.„ iterumque *pag.* 48. "Dieses wurde angenommen, und in dem Befehle, wovon man nachher Bericht ertheilen wird, wurde nur gesagt, es sollte der Verurtheilte vorläufig auf die ordentliche und unordentliche Folter gelegt werden.„ tandemque *pag.* 50. "Kurz vor achten giengen die Hn. Commissarien, ihrer sechse an der Zahl, nemlich der Herr Oberpräsident, der Herr Präsident Mole, die Herren Severt und Pasquier, Referenten, die Herren Lambellin und Rolland, denen die nachmahlige Befragung und Gegeneinanderhaltung aufgetragen war, wie gewöhnlich, zusammen in die Marter-Kammer. Man ließ den Verurtheilten sich auf das Richtstülchen sezen, und er wurde daselbst zum lezten mahle vernommen, welches fast anderthalb Stunden dauerte. Damiens veränderte seine bißherige Standhaftigkeit nicht. Darauf fieng man an die Beine des Verurtheileten in die spanischen Stieffel (Brodequins) zu legen; und die Schnüre wurden mit mehrer Schärfe zugezogen, als man wol jemals gethan hat. Es ist dieses auch vielleicht der allerschmerzhafteste Augenblick der Marter. Damiens fieng an, das allerstärckeste Geschrey zu erheben. Er schien so gar in Ohnmacht zu gerathen. Der Medicus und Chirurgus aber, welche stets bey der Marter gegenwärtig sind, erkandten, als sie hinzu traten, daß es keine würckliche Ohnmacht wäre. Damiens verlangete zu trincken. Man gab ihm anfänglich Wasser: er wollte aber, man sollte Wein darunter giessen, und sagete: hier brauchet man Stärcke. Beynahe nur erst eine halbe Stunde darnach legete man den ersten Keil an. Man hatte diese Zwischen-Zeit in der That angewandt, die erste Betäubung und Erstarrung vorbey gehen zu lassen, welche das Schnüren ordentlicher Weise verursachet, damit die Empfindlichkeit vollkommen wäre. Damiens erhob auch bey Anlegung des ersten Keiles ein entsezliches Geschrey, jedoch ohne Ergrimmung und ohne das geringste unanständige Wort. Während dieser Zeit wiederhohlete ihm der Herr Oberpräsident die Fragstücke, und

vornehmlich die wegen ſeiner Mitſchuldigen. „ Recte proin SIMON PETRVS GASSER in *poſitionum practicarum Cap. XXXII. num. 33.* ſcribit: “ *neque excluditur arbitrium judicis, etiamſi gradus expreſſe præſcripti, ut pro varietate circumſtantiarum aliquid remittat, aliqua ex ſequente gradu addat.* „ Hoc ipſum *judicis arbitrium circa torturam*, magnum quidem, nec tamen, præſertim in ordine & oppoſitione ad Iureconſultorum ſententias, modum gradumque determinantes, nimis laxandum, ſingulari *Diſp. Jenæ, anno* 1710. edita, latiſſime expoſuit CHRISTIANVS WILDVOGEL. Tam *judices* vero, quam inprimis etiam *Iureconſultos*, non ipſos quidem *tortos* fuiſſe, (vid. præter FARINACIVM, CHP. CRVSIVS *de tort. & indiciis, P. IV. Cap. XXXVII. num.* 1.) at inſtrumenta tamen, modos, gradusque, quibus reos torquere jubent, noſſe, eorumque vim & potentiam perſpexiſſe, perquam neceſſe eſt. Quæ omnia licet haud quaquam neglexerint veteres æque ac recentiores Iureconſulti, in deſcribendis æneisque tabulis exhibendis variis tormentorum generibus & machinis ſubinde ampliſſimi, omnium tamen induſtriam hac in re unus ſuperavit *ampliſſimi* CHRISTIANVS VLRICVS GRVPEN, qui in *Obſervatione juris Criminalis*, de quo hac ipſa optime meritus eſt, *de applicatione tormentorum* insbeſondere im Schnüren-anfang, und in vollen Schnüren, *ejusque Diſſ. præliminari* von den *Tormentis Romanorum & Græcorum*, inſonderheit vom *eculeo*, *tympano* und *rota ferali* und ihren *vexis acceſſoriis*, (Hannover 4. 1754.) diverſam indolem, adplicationem & potentiam plerorumque fere torturæ inſtrumentorum, omnium fere populorum, territoriorum, locorumque, maxime ex collectis undequaque hiſtoricorum, Iureconſultorum, judiciorum criminalium, *chirurgorum*, immo & ipſorum plane *carnificum* teſtimoniis ita demonſtravit, ut totum huncce, eruditum cæteroquin librum, *carnifici* potius quam Iureconſulto ſcriptum, *eumque* magis quam *hunc*, ex illo proficere poſſe credas.

§. V.

Neque TERTIO hoc *continuationis* nomine intellectam velim *durationem* torturæ ratione temporis, ipſimet actui torturali, ſive doloribus & cruciatibus, non generali quadam lege ſcripta, at communi tamen juris criminalis doctorum ſententia, & *praxi* tantum non univerſali, præfiniti. Nolunt namque ipſa cujusvis generis & gradus tormenta reg. ultra HORAM durare & absque ſingulari eademque gravi & juſta cauſa in ſecundam plane horam protrahi. Cautus itaque ſit judex atque adtentus ad *clepſydram*, reo tamen ſedulo occultandam; hic enim dolores & vulnera dantur ad menſuram, temporis puta viriumque: DAN. CLASENIVS, ad *Artic. LVIII. pag.* 244. & CHR. BLVMBLACHER, ibid. *num.* 6. *pag.* 123. neque ipſammet torturam ſive paſſionem rei, facile ultra tres horæ quadrantes durare ſinat, ſive confiteatur is, nec ne. Ita namque præcipit SERENISSIMVS LEGISLATOR WVRTEMBERGICVS, all. loco, *Tit. II.* §. 4. *pag.* 374. "Wegen der Dauer der Tortur verordnen Wir, daß *in regula & ordinarie* derſelben erſter Grad nicht über eine Viertelſtund, der andere nicht über eine halbe, und der dritte nicht über drey Viertelſtund erſtrecket werden ſolle; wiewohlen hiebey der *Maleſiz*-Richter auf die Perſon des Gefangenen, den er vor ſich hat, wie ſelbige beſchaffen ſeyn möchte, Achtung zu geben, und wenn es ein argliſtiger Böſewicht ſeyn ſollte, denſelben auch wohl etwas länger, jedoch nicht über eine Stunde lang unter der Tortur zu laſſen hat.„ Tempus namque *ſecundi gradus*, quod dicitur eine halbe Stunde, jam ſub ſe comprehendit tempus *primi*, quod dicitur nicht über eine Viertelſtunde. Sicuti quoque tempus *tertii* & ſummi gradus, verbis „und der dritte (ſive potius omnes *tres* ſimul) nicht über drey Viertelſtund erſtrecket werden ſolle„ utriusque prioris, *primi* & *ſecundi* tempus jam jam includit. Alias enim in fine §. ſcribi haud potuiſſet einen argliſtigen Böſewicht, auch wohl etwas länger, jedoch aber nicht über eine Stunde lang unter der Tortur zu laſſen.„ Hanc vero regulam, de tortura non ultra *horam* continuanda,

da, omnes ſine dubio Legislatores & Iureconſulti, a Pontifice Romano, PAVLLO III. Alexandro *Farneſio*, *Romano*, *anno* 1534. electo & *anno* 1549. defuncto, conf. MARIAE ANGELI *Cardinalis* QVIRINI *imago optimi Pontificis, expreſſa in geſtis Pauli III. Breſciæ*, 1745. D. KIESLINGII *epiſtola de geſtis Pauli III. Lipſiæ*, 1747. & CHR. WILH. FRANCISCI WALCHII Entwurf einer vollſtändigen Hiſtorie der Päbſte, Göttingen 1756. B. VII. H. I. A. II. §. VI. *pag.* 381. *ſq.* mutuati ſunt, qui in BVLLA ſua, quæ incipit *Ad onus apoſtolicæ ſervitutis* rel. *anno* 1548. edita, *jurisdictionem ac facultates Prælatorum & officialium Viſitationis carcerum Almæ Urbis deſcribente & ordinationes ab eis obſervandas* continente, in LAERTII CHERVBINI *magni Bullarii Romani Tomo I. pag.* edit. *Lugd.* anni 1673. 769. legenda, (a PIO IV. in bulla, *Cum ab ipſo*, anno 1562. edita, ibidem, *Tomo II. pag.* 79. confirmata, a PIO V. in bulla, *Reverendi*, anno 1568. edita, *pag.* 263. declarata, multumque adaucta a PAVLLO V. conſt. *univerſi*, anno 1611. edita, *Tomo III. pag.* 268.) §. *VI. pag.* 769. hunc in modum conſtituit. "*Captum vero quemcunque, ante torturam, ſeu antequam torturæ ſubjiciant, ad purgandum indicia contra eum laborantia legitime admittant, data indiciorum copia in forma boni extractus, & non regiſtri, cum expreſſione nominum teſtium, ad hoc ut inquiſitus poſſit ſe defendere, præterquam in crimine hæreſis, & aliis criminibus a jure exceptis, juxta tamen juris diſpoſitionem, & ſi indicia purgata non fuerint, (ſuper quo tamen prius audiatur advocatus pauperum, vel alius quicumque ad libitum ipſius rei) tunc torquendum* continuato acta torturæ, *non autem in tortura per longum temporis ſpatium* unius aut plurium horarum, *aut ad extraneos actus, etiam prandii aut cœnæ, divertendo detineant, ſed prout facti, & torquendæ perſonæ qualitas expoſtulat, in continenti expediant: & examinatores claris verbis utantur, ad reperiendum veritatem, non ad implicandum conſtituti intellectum.*" Conf. PAVLVS GIRLANDVS, *in tract. de quæſtionibus & torturis, Quæſt. IV. num.* 9. PROSPER FARINACIVS, Fiſcalis & Procurator generalis Romanus, *L. I. Tit. V. qu.* 38. *num.*

54. *ſq. pag. Opp. Tomi* I. 618. editionis quartæ, HE. BOCERVS, *in tract. de quæſt. & torturis, Cap. V. num.* 29. IO. HE. BERGER, *in Electis Crimin. P. I. obſ.* 125. *pag.* 459. IO. BRVNNEMANN, *in Proc. Crimin. Cap. VIII. m. V. num.* 67. *pag.* 168. GE. BEYER ad *artic.* 58. SAM. STRYK, *in uſu moderno Pandectarum*, ad *tit. de quæſt.* §. *XII. pag.* edit. *Ulm.* 1224. CHR. WILDVOGEL, *in Diſp. de arbitrio judicis circa torturam, Cap. VI.* §. 4. *pag.* 34. IO. FRID. FALCKNER, all. loco, *Sect. I. Cap. III.* §. 6. 7. *pag.* 34. 35. ALETH. SCHNVRBEIN, *de tortura caute adhibenda*, Hamb. 1703. 4. *th.* 53. WILH. ZACH. CRAMER, ſive IO. CHRIST. GOEZ, *in Diſſ. de tortura, ejusque uſu & effectibus, Lipſiæ* 1742. *Cap. III.* §. 3. *pag.* 27. M. DN. WOLFG. AD. SCHOEPFF, *in Diſp. de Proc. Crimin. Cap. II.* §. 36. *pag.* 39. IO. SAM. FRID. BOEHMER, *in Elem. Iuris Crimin. Sect. I. Cap. XIII.* §. 242. *num.* 26. *pag.* edit. noviſſ. 151. IO. RVD. ENGAV, ibid. L. II. *Tit.* 19. *m. II.* §. 244. *num.* 14. & §. 246. *pag.* 440. & 442. CHRIST. FRID. GE. MEISTER, ibid. *Sect. III.* §. 19. *pag.* 403. & ſexcenti alii, quos cumulare tædet, ſcaturiginem reperiſſe contentum.

§. VI.

Proxime QVARTO ad *continuationem* torturæ, *continuitas* ejus accedere videtur, pariter ideo removenda. Vetant nempe & prohibent judicem, plerique Iureconſulti, modum reos ad confeſſionem adigendi docentes, actum torturæ ſolemnem, ſemel inchoatum, *interrumpere*, ei aliud quid, vel impertinens ſaltem, vel indecorum & impium plane intermiſcere, quod reliqnum eſt torturæ, in alium diem, aliudve tempus differre, vel ſingulis plane gradibus ſingulares dies dicare, voluntque potius & ſuadent *continuitatem* actus torturalis, una ſcilicet eademque *die* & *hora* abſolvendi. Idque potiſſimum metu & *odio repetitionis* torturæ, ne judex illam repetiiſſe, reusque eam *bis* ſuſtinuiſſe, videatur. Nullibi id quidem præceptum, quid quod ipſum potius *tempus*, tam ratione *durationis* (§. V.), quam ratione *continuitatis* in ipſo CAROLINAE

LINAE *articulo* 58. verbis: " die peinliche Frage ſoll nach Gele„genheit des Argwohns der Perſon, viel, offt oder wenig, „hart oder linder, nach Ermeſſung eines guten vernünftigen Rich„ters fürgenommen oder aufgeſchrieben werden„ arbitrio prudentis & humani judicis relictum videtur. Unde etiam B. AVGVSTINVS *a* LEYSER in *Specim. meditationum ad Pandectas* 638. *med.* 7. *Tomo X. pag.* 204. judicem quendam defendebat atque a nota *repetitæ*, quam altero die *continuaverat* ſaltem, *torturæ* liberabat, quamvis alteram torturæ partem ſequenti demum die exercuerit. Quid quod COLLEGIVM IVRIDICVM ARGENTORATENSE, *Tit. de quæſtionibus*, §. *XX. pag. Tomi III.* 704. doceat, „ *I. quod quæſtio non eodem die, ſed interpellatis fieri debeat. Poſtquam a quæſtionum doloribus quieverit viresque recollegerit reus. arg. artic.* 56. §. *ult. FARIN. Qu. XXXVIII. num.* 103. *pag.* 615. qui hanc in rem plures veterum Iureconſultorum allegavit, torturam diverſis diebus repetere & horam torturalem ſcindere, nec reum prima vice longius, quam per ſpatium unius *Ave Maria*, vel duorum *Miſerere* torquere ſuadentes, in *num.* 47. & 83. *Tomo Opp. I. pag.* 612. Prout idem fere *Ordinationem criminalem* Imp. IOSEPHI *Bohemico-Moravico Sileſiacam Art. XVI.* §. 10. 15. permittere conſtat. Quis enim id, quod in §. 3. *I. de Teſtam. ord.* in *L.* 28. *Cod. de teſtam.* & in *L.* 20. *de V. S.* de teſtamentis uno eodemque continuo tempore ordinandis, nec vero actu teſtandi ſolemni interrumpendo, ſubtiliter & ſcrupoloſe diſponitur, ad torturam triſtemque illius actum pertinere crederet. Tortura non in comitiis Romanorum celebrabatur, uti quidem teſtamenti factio, quibus interruptis nihil actum pro ſuperſtitione ſua crediderunt illi. Quia vero mihi nondum adeo certum expeditumque, ſaltem non generatim & univerſim verum videtur, quod tamen & GRIBNERVS in all. *Diſp.* §. *VIII. pag.* 135. & BOEHMERVS ibidem §. *XVIII. pag.* 26. gratis ſupponunt, mitius cum eo agi, qui per intervalla patitur, quæ uno eodemque tempore perpeti debuiſſet, ſive meliorem ejus conditionem eſſe,

eſſe, qui quæ eodem tempore ſubire debuerat, per intervallum patitur; torturam enim non ipſi modo, quos reus actu perſentiſcit, dolores & cruciatus, verum etiam manifeſto, tam verbalis, quam realis territionis, argumento, ipſi etiam dolorum & cruciatuum horrores, omniaque ejus *præludia* ipſis ſæpius doloribus haud adeo multum inferiora, conſtituunt & abſolvunt; tortûsque hodie, licet non per omnes gradus, reliquis gradibus ſuperandis *altera* multo magis impar ſit, quam *eadem* illa *die*: rectius omnino agere mihi videtur illi judices, qui torturam, omnesque ejus, quos Iureconſulti decreverunt, gradus, uno eodemque die, ni ſcilicet improviſum atque legitimum illam *interrumpat* impedimentum, exercent atque peragunt, licet nulla ſpeciali ad id teneantur & adſtringantur *lege*. Quamvis nec e contrario, vel Iureconſultis, vel Iudicibus, poteſtatem ademtam denegatamque velim, hoc ipſo modo, torturam in duas partes diesque dividendi, ſicque eam pro indiciorum gravitate & reorum qualitate, prudenter vel *intendendi*, vel *remittendi*. Reg. vero, nec circumſtantiis ſingularibus ejusmodi quid ſuadentibus, tortura ſimpliciter decreta, a judice uno eodemque die peragenda eſt & abſolvenda. IO. SAM. FRID. BOEHMERVS *in Elem. jurispr. crimin. Sect. I. Cap. XIII.* §. 242. *num.* 25. *pag.* edit. noviſſ. 151. CHRISTIANVS FRID. GE. MEISTERVS, *in Principiis juris criminalis, Sect. III.* §. 19. *pag.* 402. Optime proin in utraque ORDINATIONE CRIMINALI WVRTEMBERGICA, *Tit. II.* §. 1. *pag.* 370. ſancitum fuit: „wie herkommen, exequiren laſſen, und die Verfügung thun, daß ſelbige weder gelinder noch ſchärfer als des Richters Intention geweſen, vollzogen werde, und zwar ohnunterbrochen auf einen Actum, und nicht, wie etwa aus Unerfahrenheit der Rechten geſchehen, zu unterſchiedenen Zeiten nach einander, dann ſelbiges anders nichts, als reiteratio torturæ, welche ohne ſondere neue rechtliche Erkänntnuß gegen keinem beklagten armen Sünder kan noch ſolle fürgenommen werden.„ Vid. *Magnificus Dn. Dr.* SCHOEPFF in laudata *Diſp. Cap. II.* §. 36. *pag.* 39. Quamvis

vis omnino haud diffitendum diſſimulandumve ſit, nullam tunc ſubeſſe *repetitionem*, ſed *continuationem* modo, illa multo minorem (§. III.) ſi judex ibi ſaltem in tortura pergat, ubi ſubſtitit, neque vero, quod certiſſimum repetitionis indicium eſt, rei pollices pedesque denuo comprimere ſinat carnificem. Id quod in præſenti caſu omnino omittendum, cum imprudentia judicis, ſententiam torturalem minus adcurate exequentis, efficere nequeat, ut *denuo* eundem ſentiat dolorem *reus*, quem jam antea ſuſtinuerat rite. Confeſſionis per tormenta elicitæ ratihabitio quidem, non vero ipſius demum torturæ abſolutio & complementum, auctore CAROLO V. *Imp. Aug. Artic.* §6. *biduum triduumve*, einen oder mehr Tag nach der Marter, requirit.

§. VII.

Neque mireris, hæc omnia a præſenti inſtituto adeo procul arceri, ſi porro dixero, me QVINTO ne de ipſa quidem CONTINVATIONE TORTVRAE generatim & indiſtincte, ſed non niſi de CONTINVATIONE TORTVRAE INTERRVPTAE acturum fore. Datur namque *continuatio* torturæ usque ad finem ejus, vel ſi mavis, plenaria ejus absque omni prorſus *interruptione*, abſolutio. Si ſcilicet reus nihil confiteatur, eamque totam immotus ſuſtineat. Imo datur *tortura*, quam ne ipſe quidem reus, confeſſione ſua, etiam veriſſima & pleniſſima, interrumpere poteſt, *continuanda* igitur usque dum dici queat reum ſatis tortum, omnesque ei decretos gradus perpeſſum eſſe, licet vel ab initio ſtatim, vel in medio ejus confiteri voluerit & confeſſus reapſe fuerit. Si ſcilicet jam antea confeſſus quidem fuerit, ſed confeſſionem ſuam, aliquoties factam, aliquoties revocaverit, ulteriorque judici metuenda ſit revocatio. Tunc enim, ſi indicia ſatis gravia, ſatisque probata ſint, ſi reus ſatis dignus ſatisque validus ſit, ſi nihil aliud impediat, ulteriorem confeſſionis revocationem Iureconſulti hoc medio impedidire & præcavere ſuadent, ut, ſive reus confiteatur, nec ne, tortura nihilominus usque ad finem *continuetur*, reusque,

ſi denuo revocare audeat, novam plane torturam ejusque totale itidem & plenum metuere debeat exercitium. En *continuationem* torturæ usque ad finem, quam ne ipſe quidem reus confitendo, immo ne quidem, ſe non amplius revocaturum fore, promittendo *interrumpere* poteſt, variis auctoritatibus non ſolum, verum exemplis quoque & præjudiciis confirmatam. Conf. ANT. MATTHAEI, *de Criminibus, Cap. IV. num.* 12. IO. FRID. LVDOVICI, all. loco, *Cap. IX.* §. 43. *pag.* 117. & 118. P. SCHVLTZEN, in all. Diſp. *Cap. III.* §. 16. *pag.* 60. 61. IO. HENRICVS BERGER, *in Electis Jurisprudentiæ Criminalis, pag.* 228. 229. 230. 233. IO. FRID. FALCKNER, *de eo quod juſtum eſt circa inquiſitum variantem, Sect. I. Cap. II.* §. 7. *pag.* 24. NIC. CHP. LYNCKER, *in reſolut. for.* 245. ſub finem, IO. BALTHASAR WERNHER, *in Enunciatis fori hodierni, P. II. enunc.* 204. BERNHARDVS *ab* HAMM, *in Diſp. de ratificatione confeſſionis in tormentis factæ, Marb.* 1735. §. *XLIV. pag.* 38. AVG. *a* LEYSER, *in ſpecim.* 639. *med.* 13. *Tomo X. pag.* 224. 225. *Cel.* MEISTER, *Sect. III. Cap. XIX.* §. 20. *p.* 404. & 405. & inprimis B. GE. FRIDERICVS HARPPRECHTVS, *in Decis. Crimin. Tubing. CXI. num.* 39. 40. 46. — 60. *pag.* 989. *ſqq.* & *Decis. CXLI. num.* 29. 30. — 50. *pag.* 1269. *ſqq.* Varia autem, multa, & gravia prorſus ſunt, quæ hanc ſententiam premunt & torquent dubia. *Primo* namque, quis *confitentem*, nihilominus & propter id quod confitetur, *torquere* jubeat? Nonne tortura eliciendæ modo confeſſionis gratia adhibetur? Nonne ſic in omnem torturæ finem, probe tamen ſemper ob oculos habendum, in omnem univerſi juris torturalis analogiam impingimus, hancque peſſundamus? *Tortura* anne POENA eſt? Certe non ipſius quidem *delicti*, *L.* 21. *de quæſtionibus*, ſed hoc modo tamen *contumaciæ*, in non reſpondendo, in non confitendo, confeſſionemque vel plane non ratam habendo, vel ratihabitam iterum revocando, ſicque judici turpiter illudendo, conſiſtentis, de qua vid. IO. BRVNNEMANN, *Cap. VIII. membro I. num.* 79. & B. IVSTVS HENN. BOEHMER, *in Diſſ. de contumacia non reſpondentis*

dentis, *Halæ*, *anno* 1717. propoſita, *Cap. II. §. ult. pag.* 46. at ipſamet ſic delicti pœna, ſeveriſſimo quamvis ſupplicio, gravior. *Deinde* reus, qui videt, ſe nihilominus, ſive confiteatur nec ne, eodem tamen rigore torqueri, nec tormenta confeſſionem offerenti nunc amplius remitti, ſine dubio in negativa perſiſtet. „*Quoniam & vera confeſſis*, ut Q. CVRTIVS, L. VI. *Cap.* 11. *num.* 22. ſcribit, *& falſa dicentibus*, *idem doloris finis oſtenditur.*„ Stupidus profecto aut inſanus is reus eſſe deberet, qui poſt tormenta, quæ effugere amplius nequit, non abſolvi, vel extraordinaria ſaltem adfici malit, quam exantlatis nihilominus tormentis ſupplicio perire. Id quod de ejusmodi nebulonibus haud quaquam cogitari poteſt, qui iteratis confeſſionum ſuarum revocationibus maximo conatu elabendi rimam quærunt, qui ejus ſunt furfuris, quales homines ipſimet hujus ſententiæ fautores requirunt, qui denique centies ſibi brachia & pedes, quam ſemel gulam, a nemine reaptabilem, frangi malunt. Quid *denique*, ſi abſoluta deinceps, & usque ad ſummum gradum *continuata*, quidquod *repetita* auctaque *tortura*, tamen iterum revocet talis maleficus? Anne *ad extremum* ſola decernendo mortis ſupplicio haud quaquam ſufficit *convictio?* An neci tradendus abſolute & *convictus* & *confeſſus* eſſe debet? Lege modo *Articulos C. C. C.* 9. 22. 67. & 69. ubi: „daß er doch, als obſtehet, genungſam bewieſen wäre, ſo ſoll er nichts deſto weniger, der bewieſenen Miſſethat nach, ohne einige peinliche Frage, verurtheilet werden.„ Conf. ibi DAN. CLASENIVS, *num.* 2. *pag.* 293. *ſq.* PROSPER FARINACIVS, *in Libro quæſtionum & communium opinionum criminalium II. Tit. V. quæſt.* 40. *num.* 4. *pag.* 638. GODOFREDVS BARTH, *in Diſp. de convicto non confeſſo*, *Lipſiæ*, *anno* 1699. edita & ſuperiori demum anno ibidem, una cum *Ittigiana Diſp. de confeſſo non convicto*, recuſa, *Cap. II.* §. 19. *pag.* 76. 77. GRIBNER, all. *Diſp.* §. *XIX. pag.* 148. & 149. itemque BOEHMER ibidem, §. *XVII. pag.* 23. 24. Quæ omnia, licet ita ſeſe habeant, non ejus tamen ſunt momenti, ut dictam modo torturæ *continuationem*, tanquam injuſtam & illegitimam

penitus rejectam, damnatam atque ex omni foro eliminatam velim. Quæ dura & analogiæ adverſa in ea videntur, ea omnia perverſa ſubinde reorum indoles, callida & ingenioſa illorum petulantia, in atrociſſimis nempe delictis, exigit judicibusque extorquet ipſis, prudens vero & æquum judicis arbitrium, ſingulariſſimis quibusvis circumſtantiis facile adtemperabit adcommodabitque. Sic valde mitigatur omnis ille rigor, ſi cauſa non tam in *repetitionem*, quam potius in *continuationem* modo incidat. Ex monito & præſcripto COLEGII noſtri apud laudatum ſupra HARPPRECHTVM, in all. *Decis. CXI. num.* 46. 47. 48. *pag.* 990. & *Decis. CXLI. num.* 49. *pag.* 1271. ibi ſcilicet *torturam* readſumendam *continuandamque* eſſe reſpondentem, ubi antea vel ſemel, vel bis, *interrupta* fuerat.

§. VIII.

INTERRVMPIT vero *torturam*, quamvis legitime decretam, bene præparatam, re ipſa inchoatam & pauliſper continuatam, vel *primo* CASVS quidam *fortuitus*, ex improviſo atque accidente contingens, quem nemo fere prævidere & avertere potuiſſet; vel *ſecundo* IVDEX, ſuo *arbitrio*; vel *tertio* denique ipſemet REVS, proprio *facto* ſuo. Ad hæc *tria capita* ſive genera omnes caſus referri poſſe credo, quibus tortura ſic *interrumpitur*, ut deinceps *continuanda* regulariter ſit atque *perficienda*. Quodſi enim non continuanda, ſed penitus poſtea omittenda eſſet tortura, *abrupta* potius & *finita*, quæ tamen præſentis non eſt inſtituti, quam *interrupta* modo & *dilata* tantum, dicenda foret. Sic v. gr. PRINCEPS, ſententiam ſuam, de reo duobus tribusque gradibus torquendo, occaſione *interruptionis* ejusmodi mutans, eumque nunc ſtatim extraordinaria quadam & arbitraria pœna adficiens, proprie & hoc meo ſenſu loquendo *torturam*, deinceps non amplius CONTINVANDAM, non tam *inter-* quam potius plane *ab-rumpit*. Id quod an & quatenus Princeps, vel *jure*, vel *gratia* poſſit, non hujus eſt loci inveſtigare.

Quo-

Quo *magis* tamen tortura, inchoata quidem, at deinceps quavis cauſa interrupta, absque ullo confeſſionis effectu, ad finem ſummumque ſuum faſtigium pervenit, & quo *minus* ſic id, quod adhuc addi deberet, ſive reliquum eſt; eo juſtius ſecuriusque Principem *continuationem* ejus remittere poſſe, palam eſt. *Partim*, quia tum reus, licet non plene tortus, aliquo tamen nec adeo levi gradu tortus dici & ſuſpicio, quæ ad convictionem usque contra eum militaverat, licet non plane purgata, admodum tamen imminuta, haberi poteſt. *Partim*, quia experientia teſte, ultimus torturæ gradus raro confeſſionem elicit, ſi priores fruſtra præiverint. BENED. CARPZOVIVS, in *Quæſt. Crimin. CXVII. num.* 60. *P. III. pag.* 158. & GE. FRID. HARPPRECHTVS, *in Decis. Crimin. Tubing. CXIX. num.* 25. 26. *pag.* 1065.

§. IX.

Primum illud caſuum interruptæ torturæ genus, quando ſcilicet interruptio ex accidenti atque cauſa quadam a tortura plane aliena, exorto v. gr. tumultu, incendio, vel perſona quadam neceſſaria, judicis, actuarii, carnificis, cui non ſtatim alia ſubſtitui poteſt, a ſuperiore avocata vel ſubitanea etiam morte, morbove correpta, & quacunque alia vi majore ulteriorem torturæ proſecutionem impediente, contingit, non altius rimabor; quis enim omnes ejusmodi caſus enumeret? & cui bono illi, ſi vel maxime ad unguem recenſeri poſſent, uno puta eodemque modo decidendi, enumerarentur? ſed unica hac *regula* ex ſequentibus ampliorem lucem nactura, comprehendam. Quoties tortura hoc modo prius interrumpitur, quam reus *ſatis* vel *confeſſus*, vel *tortus* fuit: toties illa proximo quovis commodo & opportuno tempore readſumenda atque vel ad *confeſſionem* rei, vel ad *præſcriptum usque gradum*, CONTINVANDA, ſicque perficienda erit. Probatio hujus theſeos nulla prorſus difficultate laborat. Cum enim tortura duplici, alternativo & ſubordinato, hoc fine inſtituatur, ut reus aut confiteatur, cujus

urgentibus & concludentibus indiciis ſuſpectus & tantum non plene convictus eſt, delictum, aut indicia iſta, ſuſpicionem & convictionem illam, ſuperatis tormentis, elidat atque a ſe amoliatur; leviter autem, primordialiter, & non niſi in primo gradu tortus reus, qui tamen ad duos gradus, vel in primo ſaltem atque ſecundo gradu tortus reus, qui tamen ad omnes tres gradus, ſummumque horum rigorem damnatus erat, ſatis tortus judicari nequeat, indiciis ſi non in omni & priſtino, certe tamen magno adhuc & gravi robore atque pondere perſiſtentibus: B. HARPPRECHTVS, in *Dec. Crim. Tub. CXI. num.* 43. 44. 45. *pag.* 989. *Dec. CXIX. num.* 18. 19. *pag.* 1064. & 1065. nemo non videt, *torturam* quocunque caſu, vel in principio, vel in medio ſuo, *interruptam*, proximo die (generatim namque diu haud differenda eſt) *eo usque* CONTINVANDAM eſſe, *donec* reus, *ſatis* vel *confeſſus* fuerit, vel *tortus* æſtimatione juridica haberi queat. Nullum igitur dubium, quod reus, ſi in ipſo forſan tramite torturæ funis vel reſtis (das Folter-Seil) ruptus, vel ſcala aliave quædam carnificis machina, ſive ferrea, ſive lignea (vid. PARIS *de* PVTEO, *de Tortura*, *L. I. Cap. XII. num.* 6. & P. FARINACIVS, *L. I. Tit. V. Quæſt. XXXVII. num.* 143. *pag.* 593.) fracta fuerit, nihilominus vel ſtatim ſi fieri poſſit, vel reparato quam primum hocce defectu porro torquendus, ejusque tortura continuanda & ni confiteatur ille, usque ad præſcriptum finem perducenda ſit. Argumentis, quæ quis hoc loco a *rupto* furis *laqueo*, ideo non amplius ſuſpendendi, petere atque ab illuſtri quondam HENRICO COCCEIO in *Diſp. de proportione furti ac ſuſpendii, rupto laqueo, anno* 1697. edita, quæ inter junctim editas Ejus diſſertationes, *Tomi II. ſexta* eſt, §. 1. 16. — 37. *pag.* 97. 102. — 108. mutuare vellet, vel huc plane non quadrantibus, vel ne in iſto quidem caſu rupti furis laquei, ad intermittendam reg. ſuſpendii pœnam, concludentibus.

§. X.

§. X.

TERTIVM vero interruptionis torturæ genus (*ſecundum* namque, a *judicis*, torturam quandoque interrumpentis & ſuſpendentis, *arbitrio* proveniens, nec niſi vel veritatis eruendæ, vel rei parcendi cauſſa licitum, jam ſuperiori §. VI. me anticipaſſe nemini) omnes eas cauſſas & caſus complectens, quæ reum propius adtinent, penitiore conſideratione multo dignius, hincque ante omnia adcurate diſtinguendum erit. Interrumpitur nempe & intermittitur tortura REI cauſa, vel dolo & culpa ejus, vel absque ejus facto illicito, naturali quadam & phyſica ratione, judice, vel ipſo plane MEDICO, quem adhibere ſemper conſilii, quandoque vero etiam, dubio ſcilicet rei ſtatu, neceſſitatis eſt, reum perferendis amplius, quantumvis præſcriptis, & in ſententia determinatis cruciatibus atque doloribus, propter accidentalem quandam debilitatem, imparem arbitrante, poſt paucos vero dies rurſus parem fore, judicante. Conf. MICH. ALBERTI *Iurisprudentia medica*, P. I. *Cap.* XII. *Tomo* I. *pag.* 240. & paſſim in omnibus IV. *Tomis*, quorum vide *indicem generalem* ultimo ſubjunctum, *voce tortura*; Ejusdem *Diſſ. de torturæ ſubjectis aptis & ineptis*, in *Tomo* III. *pag.* 190. legenda, §. inprimis XXII. *pag.* 245. *ſq.* & *Commentatio in C. C. C. medica*, quæ *Halæ*, anno 1739. prodiit & me judice ſex illis voluminibus, exiguus mole libellus, multo utilior præſtantiorque eſt, ad *articulum* 45. *pag.* 152. *ſq.* ubi: *torturæ generalis contemplatio medica*„ & *Artic.* 58. 59. *pag.* 175.—230. ubi: „*ſpecialior torturæ tractatio medica.*„ Quo caſu *tortura* ſine dubio *interrumpenda* quidem & differenda, at nihilominus alio die, reo interea adhibitis quoque medicamentis confortato, ſufficientesque ut videtur, vires rurſum nacto, *continuanda* atque *perficienda* erit. Si nempe *phyſico-medica* illa interruptionis torturæ cauſa, ſaltim tranſitoria, nec vero perpetua ſit, ulteriorem torturam quovis alio tempore excludens. De hac enim, ſuperveniente noviterque demum emer-

emergente, ipſis forſan tormentis excitata, inhabilitate ad *Iureconſultos* referendum, atque ab his, *medicorum & chirurgorum*, qui reum inſpexerunt, ope, vel *remiſſio*, vel *continuatio*, ejus, quæ adhuc ſupereſt, *torturæ*, arbitranda & decernenda erit. Licebit hanc in rem verba, quibus in *Diſſ.* ſua *de eo quod juſtum eſt, circa torturam valetudinariorum, Halæ*, anno 1729. defenſa, §. XV. *pag.* 20. adpoſite huc uſus fuit *longe Cel.* IO. SAM. FRIDERICVS BOEHMERVS, *Viadrinæ* nunc *Ordinarius*, mea facere. „*Alter caſus magis* CONTINVATIONEM *torturæ, ex cauſa morbi in ipſo cruciatu reum opprimentis, ſuſpenſæ, continet, quam ejusdem* REPETITIONEM, *quam non, ut par erat, plures diſcreverunt. Neque enim per hoc accidens reliquias graduum, quas ſententia præſcripſerat, declinare reus poteſt, ut ſufficienter tortus dicendus, nec amplius excruciandus, uti quidem ſtrenuus inquiſitorum defenſor* GVAZZINVS, de defenſ. reor. def. 30. *exiſtimat. Diſtinguendum tamen hic eſſe exiſtimo, utrum ea tormentorum ſolemnia, quæ ſententia juſſerat, fere plene abſoluta, quo caſu* GVAZZINO *aſſentior, nec qualemcunque, minimum ob defectum ex eadem cauſa reiterationem admitto. Aut ſuperſunt adhuc ex tenore ſententiæ talia inſtrumenta, quibus adplicatis, de confeſſione contumacis plane non eſt deſperandum; & nullum dubium eſt, quin recollectis, poſt congruum tempus viribus miſeri, ea tormenta addi poſſint, quæ nondum expertus eſt reus, non vero repeti, quæ jam ſuſtinuit, quamvis acta denuo transmittere tutius ſit, ut non diffitetur* KRESS ad C. C. C. art. 59. pag. 187. ſq.„ Doctrinam hancce & præſertim primum ejus membrum, ſive caſum, apprime illuſtrabunt ea, quæ *noſtri* COLLEGII nomine, de infanticida, in omnes tres gradus ante condemnata, primum & ſecundum gradum plene, e tertio autem duas elevationes unamque quaſſationem, citra omnem prorſus confeſſionem perpeſſa, deinde vero propter deliquium animi & ſyncopen, aliquot horarum, in quam inciderat, tantum non lethalem, tormentis penitus liberata, non amplius torquenda, ſed ad numellas ponenda inque perpetuum releganda ſolide deduxit,

xit, tertiam proinde elevationem & ſecundam quaſſationem, nec non quartam horæ partem, per quam *tortura* ejus, ſi ita viſum fuiſſet, adhuc *continuari* debuiſſet, ex æquo & juſto remittens B. GE. FRIDERICVS HARPPRECHT, in *Dec. Crim. Tub.* CXIX. *num.* 23. *ſq. pag.* 1065. Quæ cum ita ſint, incidenter hic in gratiam adhuc dicendorum, *interruptio torturæ* porro diſtinguenda erit in eam, quæ vel in principio, vel in medio, vel erga finem determinatæ vel ſummæ torturæ contingit, & in eam, quæ inter gradum aliquem primum nempe & ſecundum, nec non ſecundum atque tertium, inter quos reo judex plerumque aliquod tempus reſpirationis, &, ſi quem deſideret, *potum*, SAM. STRYK, *in tract. de jure ſenſuum, Diſp.* VI. *Cap.* 4. *num.* 6. *ſq.* 9. *p.* 238. IO. BRVNNEMANN, *Cap.* VIII. *m.* V. *num.* 69. IAC. FRID. LVDOVICI, all. loco, *Cap.* IX. §. 27. *pag.* 107. & MICH. ALBERTI ad *C. C. C. pag.* 226. utrumque tamen *caute* permittere ſolet, & quæ rurſus vel in principio, vel in medio, vel erga finem gradus alicujus, accidit. Quo magis enim *tortura* tum, cum *interrumperetur*, a fine ſuo adhuc abfuit, eo magis neceſſaria erit ejus *continuatio*, eo facilius e contrario diſſuadenda, quo propius tortura ad finem ſuum jam antea pervenit, quam interrumperetur. (§. VIII.) Cæterum *tortura interrupta*, quæ præſertim parum adhuc ab initio ſuo abeſt, dicitur der Angriff. Teſte IO. FRID. FALCKNERO in all. *tract. de Inq. variante, Sect.* I. *Cap.* I. §. 6. *Cap.* II. §. 1. *pag.* 20. & *Cap.* III. §. 1. *pag.* 28.

§. XI.

Quando ſupra (§. X. *pag.* 23.) *doli* reorum mentionem feci, quo *torturam* interrumpere, & ubi eam non quidem *tollere* poſſunt, *differre* ſaltem conantur, non eos modo reos intellexi, qui tale aliquod accidens ſimulant, de quo tanquam vero, in proximo §. actum fuit, & quod, ſi non ipſum judicem & carnificem, certe tamen medicum cognoſcere, fraudem detegere, *continuationem*, de qua tamen vix ſermo eſſe poteſt, in continenti ſuſcipiendam imperare, ſicque huic

dolo obicem ponere decet, verum iſtos quoque maleficos putavi, qui *magicis*, quas vocant, *artibus* & incantationibus, quales veteres Iureconſulti omnes crediderunt, vim atque poteſtatem tormentorum eludere norunt, aut re vera vix dabilibus, aut non niſi fraudem ſpirantibus, aut denique facile elidendis, atque ſi non a *carnifice*, certe tamen a *medico* detegendis, removendisque. Conf. hoc demum anno fatis ſuis functus MICHAEL ALBERTI in ſupra jam laudata *commentatione ad C. C. C. medica*, *pag.* 154. *ſq.* Neque dubito illos etiam reos in hunc cenſum referre, qui tum, cum vehementes ſentiunt cruciatus, non niſi torturam relaxandi judicique illudendi imponendique animo, *confeſſionem* promittunt, *ſimulant*, imo reapſe edunt, mox vero ubi illam ratam habere monentur, vel quandoque adhuc prius, ſponte revocant, non *continuatione*, ſed *repetitione* longe digniſſimi.

§. XII.

CVLPA (§. X. *pag.* 23.) REORVM actus torturæ omnium ſæpiſſime *interrumpitur* & differtur, *continuandus* poſtea, quando illi confeſſionem, primarium torturæ finem, non promittunt ſolum & ſimulant, verum etiam a tormentis liberati, e loco torturæ abducti, remoto carnifice, illam reapſe quidem, & quamvis ex vero, minus tamen plene ſicque faciunt, ut judices non audeant ulterius in tortura progredi, Iureconſulti vero minus plena illa, abſolutionem quidem impediente, nec tamen condemnationem ſaltem ad mortem operante, contenti eſſe nequeant. Eſt hic caſus omnium, qui judici & Iureconſulto circa *interrumpendam* illi & huic circa *continuandam* torturam obtingere poſſunt & ſolent, uti frequentiſſimus, ita quoque difficillimus, penitiore hac conſideratione ideo digniſſimus. Quo minus namque dubium eſt, torturam judicis arbitrio & facto interruptam, reo nondum omnibus ei dictatis gradibus torto, continuandam perficiendamque eſſe: (§. VI.) eo major dubitatio tunc exoritur, quum reus aliquid, nec vero id, cujus cauſſa torquen-

quendus est, vel hoc ipsum quidem, at non plene confitetur, sicque judicem perplexum reddat, torturam ideo interrumpentem potius, quam absolventem. Solent namque rei, ultra vulgus sapientes, aliisque callidiores, hoc consilium capere, ut *aliquid*, nec vero *totum* & *omne* fateantur, ut talem modo confessionem judici exhibeant, qualis non capitalem, sed arbitrariam tantum non capitalem post se trahit & operatur pœnam. Quod si itaque judicem, actum torturæ dirigentem habeant, vel imprudentem plane, nec tamen crudelem, vel minus cautum & intempestive misericordem, vel nimis forsan scrupulosum, facile illum, ut ab ulterioribus eorum tormentis desistat, eosque, vel satis nunc tortos, atque vel ex hac, quam elicuit, confessione, si non ad ultimum supplicium, certe tamen ad pœnam ei proximam condemnandos, vel confessionem eorum nova tamen, vel ad Iureconsultos, vel ad Principem, hujusque Collegia relatione dignam reputet. Fieri potest, ut reus, sævo & diro forsan supplicio dignus, in tortura, tantum confiteatur, quantum judici ad eum, vita privandum, sive neci tradendum, sufficere videtur, longius proinde & alterius graviorum, duriusque licet supplicii genus sine dubio operantium, circumstantiarum examen rigorosum, præeuntibus nonnullis Iureconsultis, minus necessarium & sufficere rato, si modo causa criminalis, aliquali saltem rei confessione, sic instruatur, ut non penitus absolvi, sed, licet nec promerito forsan supplicio, nec morte, sed quali quali modo vindicta in reum animadverti queat, felicem se, justum, peritum aptumque se credenti, quod talem modo elicuerit confessionem, qua major pleniorque nec speranda, nec vero etiam necessaria sit. Tolerari hæc possent excusarique. Cum præsertim judicis inferioris plerumque haud sit, judicare & arbitrari, num confessio hæc, quam edidit reus, plena & sufficiens, an vero minus plena nondumque sufficiens sit? Qui hoc æstimare & arbitrari ipse, vel non vult, vel non potest, vel licet vellet possetque non debet, judex, multo minus sese peccare credit, si actum torturæ interrumpat,

reliquos gradus differat, a PRINCIPE, vel eodem, quod antea conſuluerat, quod torturam dictaverat, quod gradus determinaverat, quod quæſtiunculas formaverat, COLLEGIO juſſum modumque *continuationis* ſibi expetat exſpectetque, quam ſi, præter neceſſitatem in tortura pergat, reum, nihilominus forſan condemnandum, ulterius excruciet, eique ulteriori tortura & examine occaſionem præbeat, vel jam editam confeſſionem pœnitendi, animum ſuum, cum non niſi immunitatis a tormentis cauſa confeſſus fuerit, hancque ſeſe nec obtinuiſſe videat, nec ulteriori quoque confeſſione obtenturum fore ſperet, obfirmet, vel plane, quod omnino peſſimum foret, quod & re vera omnes admodum metuere ſolent judices & Iureconſulti, dictam confeſſionem revocet. Cum vero revocatio minus plenæ, nec proin per ſe ſufficientis ejusmodi, qualem ſuppono, confeſſionis, ipſummet reum magis gravet, quam judici moleſtiam faſtidiumque creet; cum ulteriores torturæ gradus dilati modo, non vero ſublati, alio tempore. Si neceſſe videatur, facile addi ſicque vitium in defectu commiſſum mox emendari queat; nec hodie odium iſtud, quo *repetitionem torturæ* omniaque ei ſimilia proſequebantur olim, *curatiore* inter REPETITIONEM & CONTINVATIONEM *torturæ diſtinctione* adinventa, inque juris criminalis prudentiam introducta, talem torturæ interruptionem, dilationem & diviſionem, amplius premat: ego quidem non adeo culpandos exſibilandosque credo ſcrupuloſos & religioſos ejusmodi judices, in reum ab ulterioribus tormentis liberandum, quam eum, tam *vitæ*, quam *morti*, minus neceſſariis cruciatibus gravandum, non ſine cauſa proniores. „*Tum vero notam non effugiunt, ſi de capitali grævatum, circumſtantias delictum minuentes recenſere impune permittunt, veluti ſi reus culpam* (non dolum) *fatetur, non æque ipſam delicti conſummationem, aut minorem quantitatem, ubi a majori capitis ſupplicium dependet. Eſt hic, quem judices ita connivendo committunt, abuſus graviſſimus, & non dicam intempeſtivæ clementiæ, ſed imperitiæ argumentum, omni exceptione majus, quoties nebulonibus*

ea

ea in re morem gerunt & in ejusmodi insufficiente confessione adquiescunt. „ Sunt verba ad præsentem rhombum vel maxime spectantia IO. SAM. FRIDERICI BOEHMERI, in *Diss.* jam supra laudata *de iteratione torturæ rata vel irrita*, §. XVIII. *pag.* 25. scripta, quem & porro audire juvabit „*Convenit potius tamdiu cruciatus sententia comprehensos* CONTINVARE, *donec ad omnes circumstantias interrogatoriis comprehensas affirmative responderit, adeo ut vel unica negata, reus denuo scalæ admovendus sit. De quacunque enim circumstantia interrogatur, ejus sigillatim tanta verisimilitudo adesse censetur, quanta ad diros cruciatus opus est. Et quum pro judice sententiam concipiente sit præsumtio, quod in æstimatione indiciorum leges non transgressus sit, ei, penes quem est executio sententiæ, non potest non incumbere, ut non prius desistat, quam si secundum voluntatem illius, & tenorem sententiæ confitetur. Hoc officio neglecto is quidem turpiter peccat, sed id vitium nec reipublicæ præjudicare, nec efficere potest, ut veritas supprimatur, adeoque nil reliquum est, quam ut reus, qui suomet facto per contumaciam sibi prospicere tentavit, denuo rigorem pro eruenda veritate experiatur. Interim ne judicis, quæ hic simul concurrit, imprudentia, reo nimis sit injuriosa, in hac specie autor essem, ut tortura magis* continuetur, *quam* repetatur, *& sic ii tantum cruciatus addantur, quos nondum applicatos constat, omissis præludiis, a reo quondam sustentis.* „

§. XIII.

Eundem in modum antiquiores jurium criminalium doctores nihilominus pronunciarunt, licet *continuationis torturæ*, in vastissimis suis voluminibus, ne verbulo quidem meminerint. Ubi namque de iteratione & repetitione torturæ agunt, eam vel absque novis plane indiciis fieri posse negant pernegantque; HENRICO BOCERO, *Cap. V. num.* 30. *pag.* 471. & 472. BALDVM, PARIDEM *de* PVTEO, HIPP. *de* MARSILIIS, FRANC. BRVNVM, LVD. CARRERIVM, NIC. BOERIVM, GVIDONEM *de* SVZARIA, &, qui judices sibi a contraria sententia, sicut ab igne, in *additionibus* ad hujus

tractatum de indiciis & tortura, num. 58. cavere jubet, LVDOVICVM BOLOGNINVM, & CHILIANVM KOENIGIVM, hoc nomine laudante, vel inter reum, contra quem indicia non multum urgentia extant, & eum, qui multum, sive nimis & manifeste urgentibus indiciis premitur, distinguunt, huncque, non vero etiam illum, prima vix tortura dignum, in quæstionem repeti posse negantes, BARTOLO, CASONIO, GOMEZIO, & inprimis PROSPERO FARINACIO *in pract. crimin. L.* I. *Tit.* V. *de indic. & tortura, Quæst.* XXXVIII. *num.* 94 & 99. *pag.* 614. 615. præeuntibus; vel, quod magis ad rem nostram facit, inter *reum*, sufficienter & competenter, tantum scilicet, quantum sententia expresserat, tortum, eumque, qui minus plene, minus sufficienter & competenter, justoque & ipsa etiam sententia levius tortum, *tortura* scilicet *interrupta*, divisa, alteraque ejus, vel majore vel minore parte adhuc reliqua, distinguentes, non tam *repetitionem*, nisi forsan quoad gradus antea jam, sicque postea, si repetantur, bis superatos, quam potius *continuationem* TORTVRAE concedentes. FRANCISCVS BRVNVS, in *tract. de indiciis & tortura*, P. II. *Qu. V. num.* 58. *sqq.* AEGID. BOSSIVS, in *pract.* sive *tract. Crimin. Tit. de tortura, num.* 48. HIPPOLITVS *de* MARSILIIS, ad *L.* 16. *de quæstionibus, num.* 4. & 5. in *practica criminali*, §. *quoniam, num.* 42. & IAC. MENOCHIVS, *de arbitrariis judicum quæstionibus*, L. II. *Cent.* III. *Casu* CLXXII. *num.* 6. tum repetitionem torturæ facile concedunt, quum reus, qui antea, quam tortura interrumperetur, sicque in primo ejus actu, non satis, id est, non tantum, quantum in sententia torturali diserte præscriptum erat, tortus fuit, denuo in quæstionem rapitur, & accedentibus præsertim novis quibusdam indiciis, non eos modo, qui tum dilati fuerunt, gradus, sed & vel priores, jam antea exantlatos, si forsan non adeo diri acerbique fuerint, rursus, iterumque, vel majores adhuc dolores & cruciatus, perferre tenetur. Exempli causa ipsum velim audias IVLIVM CLARVM, clarissimum hodienum juris criminalis consultum, in L. V. *sen-*

ſententiarum receptarum, §. *fin. Pract. Crimin. Quæſt.* LXIIII. *num.* 46. *pag.* editionis meæ *Francofordienſis* de anno 1596. 318. *litt. d.* ubi: „ *Tu vero dic; quod ſi quidem reus fuit leviter tortus, poteſt repeti in tormentis, ita ut ſufficienter torqueatur; & hoc caſu ſolent judices, quando jubent reum deponere a prima tortura, ſcribi facere, quod illum deponi jubeant animo repetendi &c. ſi vero reus fuit ſufficienter tortus, & nihil confeſſus, tunc non poſſunt repeti tormenta, niſi ſuperveniant nova indicia.* „ Quod tamen nec meram *reiterationem*, nec meram *continuationem*, ſed potius utramque, mixtim, partim REPETITIONEM, ſcilicet ratione graduum a reo jam antea perpeſſorum & tunc rurſus adhibendorum, *partim* CONTINVATIONEM, ſcilicet ratione graduum a reo nondum ſuperatorum & nunc demum prioribus addendorum, partim vero etiam mutationem & exaſperationem torturæ, utrique, tam *repetitioni*, quam *continuationi* communem, involvit. Conf. BOCERVS, all. loco, *repetitionis* quidem, *pag.* 473. *ſqq.* & exaſperationis, *num.* 30. *pag.* 478. probe memor, *continuationis* autem prorſus immemor. 10. BRVNNEMANNVS, in *Proc. Crimin. Cap.* VIII. *membro* V. *num.* 91. *pag.* 179. itidem non niſi de *repetitione* ſollicitus, hoc unum addidit, quod in meas trahere poſſem partes. „ *Niſi quis*, ſcribit ibi, *forte ponat caſum, ubi quis evidentiſſimis indiciis gravatus ſtatim in principio torturæ faſſus eſt, & eam poſtea ratificare non vult, nam tunc hoc pro tortura haberi nequit*„ nec conſequenter inchoatæ illius torturæ *continuatio*, pro *repetitione*. Quæ duo IS adeo non diſcrevit, ut ſibi potius neſcio quam discontinuam repetitionem finxerit, ad *L.* 16. & 18. §. 1. *de quæſt. num.* 1. *pag. Commentarii* ſui *ad Pandectas* 1346. ſcripſeritque *num.* 3. „ *ſi etiam primo leviter* tortus eſſet, *non quidem cauſa cognita ex præſcripto Collegii, ſed per imprudentiam judicis, tunc iterari poteſt tortura.* „ Eadem hæc verba repetiit atque a BRVNNEMANNO, una cum TESSAVRO, quem is nominaverat, laudato mutuavit B. BARDILI, in præſtantiſſimis ſuis *Concluſionibus theoretico practicis*,

Ex-

Exercit. XXXVII. *de quæſtionibus & torturis*, *Tubingæ*, anno 1672. edita, §. XXII. *pag.* 8. *torturam interruptam*, ſicque *continuandam* modo, *iterari* ſcribens.

§. XIIII.

Melius rectiusque recentiorum nonnulli *continuationem*, tam a *repetitione*, quam ab *exaſperatione*, cujus tamen utriusque ei ſubinde aliquid, plus, minusve admiſceri poteſt, probe diſtinguentes & ſingulatim commemorantes. Adducam nunc præcipuorum verba, eo, quo ſeſe mihi, jam inde ab aliquo tempore iſtas *continuationis torturæ* vices dolenti, obtulerunt, ordine, certe non implendæ chartæ cauſa, ſed potius ut quæ nunc deducenda forent, pro *continuatione torturæ interruptæ* militantia argumenta, ex ore me multo doctiorum hominum percipias ipſe, magnis ſic inſimul inſtructus, quas vocant atque a *Iureconſultis* anxie deſiderant judices, *auctoritatibus*. Primus omnium hoc nomine in ſcenam prodeat (antiquiorem enim inveni neminem) IO. HENRICVS BERGERVS, qui in *Electis jurisprudentiæ criminalis*, quæ primum *Lipſiæ anno* 1706. prodierunt, *Cap.* III. *membro* II. *pag.* editionis de anno 1721. quæ ſecunda & penultima fuit, 230. ſententiam Iureconſultorum *Lipſienſium*, in quam *Vitebergenſes* pariter conſenſerunt, jam anno 1691. ad Principem ſuam relatam, his verbis recenſuit: „ betreffende den andern Fall, wenn der reus es zwar zum würcklichen Angriff kommen läßt, bald anfangs aber bekennet, und darauf wiederum leugnet, ſind die Doctores hierinnen meiſtens einig, daß wenn reus nicht genugſam, wie es die Nothdurft erfordert, torquirt worden, die Marter an ihm wiederholet werden müſſe. Es ereignen ſich aber hiebey unterſchiedene dubia und flugs anfangs was nicht genung torquirt heiſſe? Da wir denn dafür halten, daß nicht allein auf die gradus und inſtrumenta torturæ, wenn ſie nicht alle, wie ſie im Urthel erkannt, adhibirt worden, ſondern auch auf die Zeit zu ſehen. Denn gleichwie der reus in der Tortur über die Gebühr nicht zu detiniren: Alſo wird auch hingegen ein tractus temporis erfordert,

binnen

binnen welcher die peinliche Frage gehöriger massen verrichtet, und der reus mit genugsamen Schmerzen beleget werden möge. Weiter will Zweiffel vorfallen, was allhier repetitio torturæ sey, ob mit der tortur wieder von forne, oder nur von dem an, wo es das vorige mahl geblieben, anzufangen seye? Wiewohl nun die Doctores hiervon dergestalt reden, als wenn die völlige tortur repetirt werden müßte, zumahl, da sie ex doctrina Baldi statuiren, quod levis tortura pro tortura non reputetur. Dieweil aber dieses nicht so wohl eine repetitio als continuatio torturæ seyn soll, so ist wohl das leztere der rechtlichen Billigkeit mehr gemäß, auf welche Masse wir denn nicht nur in diesem Fall, wieder einen, der den Vater in der Scheune mit dem Dresch-Flegel erschlagen haben soll, sondern auch, wenn jezuweilen der Richter den reum von der tortur vor der Zeit gelassen, ingleichem, als einem im Amte Rochsiz die zimlich scharfe Frage zuerkannt, und der Scharfrichter in die Gedancken gerathen, daß solche sich nur auf das Schnüren erstrecke, und dahero weiter nicht verfahren wollen, für Recht gesprochen.„ Ex eodem sine dubio fonte, saltim hisce conformiter IDEM hic vir, quondam vere illustris, in *Oeconomia juris* ad usum hodiernum adcommodati, *Lipsiæ* anno 1712. primum edita, *L. IV. Tit. XXXIII. §. IV. nota s) pag.* editionis, quæ cura *Cel.* IO. AVG. BACHII anno 1755. prodiit, sextæ & novissimæ, 1018. *litt. γ)* sequentia scripsit: " *Quo pertinet, ut, si quid deficiat in dictitata tortura, id, sine repetitione gradus adhibiti judex perficiendum curet*, daß, da etwas an der zuerkannten Peinlichkeit annoch ruckständig, solches, ohne wiederholete Anlegung derer Daumenstöcke (*polletrum* namque ubique fere tormentorum initium est & principium) gebührend an Inquisiten vollstrecket werde.„ BERGERO statim adjungo MICH. HENR. GRIBNERVM, occasione repetitionis torturæ singulari de ea, anno 1714. edita *Disp.* §. VIII. *pag.* all. jam supra §. VI. *pag.* 15. *loco* 135. in usus nostros sic differentem. " *Quod vero dixi, tortum semel ob easdem causas non iterum torqueri deberi, id de eo casu accipio, quo ut plerumque fieri solet, sententiæ, quæ quæstionem fieri jubet, plene satisfactum est, atque eo modo,*

quo decreta erat, habita illa fuit. Nam ſi forte per imprudentiam judicis territione reali aut primo quæſtionis gradu ſolum defunctus ſit, qui per omnia ſolennia tormentorum genera excruciari debebat, is nondum diluiſſe indicia aut innocentiam judici probaſſe cenſetur. Quo quidem caſu bene monet, illuſtris BERGERVS Oecon. p. 1203. not. 5. *perficienda potius, quam repetenda eſt quæſtio. Præludia enim, quæ jam expertus rite reus eſt, non debent denuo inſtitui, ſed addi tantum ea tormentorum genera, quæ reus nondum fuerat expertus:* ohne Wiederholung der Daumenſtöcke, und desjenigen Grads, welchen der *Inquiſit* bereits ausgeſtanden. „ Vtriusque hujus, BERGERI & GRIBNERI veſtigiis inſtitit ſupra jam aliquoties laudatus IO. SAM. FRID. BOEHMERVS, *Elementis* ſuis *jurisprudentiæ criminalis* optime de hac juris parte meritus, dum in *illis*, jam anno 1732. prima vice editis, *Sect.* I. *Cap.* XIII. §. 229. *nota* *) *pag.* 115. hæc ſcripſit: "*Ab hac* REPETITIONE *torturæ differt ejus* CONTINVATIO, *qua a primordiis tormentorum non inchoandum, ſed inſtrumentorum adplicatio ibi continuanda, ubi ſubſtitit carnifex, quod* (non tamen ſemper) *fit, ſi in continenti confeſſionem revocaverit, vel relaxatis tormentis confiteri plane noluerit,* ORDIN. CRIM. BORVSS. h. §. 29. (vel potius 19.) In noviſſima præſtantiſſimi hujus compendii editione, anno 1749. §. 240. pag. 205. additum reperies ſequens monitum: "*vel facto judicis priori ſententiæ nondum plene ſatis factum.* GRIBNER. *c. l.* §. 8." Nec minus digna ſunt, quæ hic legantur, ejusdem verba, in laudata ſupra *Diſſ. de iteratione torturæ rata vel irrita*, §. IV. *pag.* 5. occurrentia: "*Enim vero contingere poteſt, ut executione prioris torturæ interrupta, reus denuo quidem tortori tradatur, ſed omiſſis gradibus jam antea applicatis, tantum pergere jubeatur carnifex in cruciatibus, priori ſententia comprehenſis, hactenus vero non applicatis. Quem actum, etſi in ſenſu grammatico recte dixeris* repetitionem, *tamen pragmatici* continuationem *vocant, & optimo jure a priori diſtinguunt, ob jura peculiaria eidem propria. Illa enim majoris,* hæc *minoris præjudicii eſt, & prouti ex præjudicio reo imminente tota tortura æſtimanda, ita hæ ſpecies ab invi-*

cem

cem ſollicite ſunt diſtinguendæ. In illa pollicum compreſſio cum fidiculis quibuscum actus torturæ inchoatur, iterum iterumque applicatur; in hac ratio inſtrumentorum jam applicatorum non habetur, ſed in eo gradu, in quo ante ſubſtitit carnifex, denuo continuat cruciatus. Videamus itaque, quando plena tormentorum iteratio locum habere poſſit? „ WILHELMVS ZACH. CRAMER in *Diſſ. de Tortura ejusque uſu & effectibus, Lipſiæ*, anno 1742. ed. *Cap.* II. §. IV. *pag.* 33. & 34. " *Ultimo loco quæritur, utrum inquiſitus, ſi forte tortura non rite fuerit habita,* AVT AD FINEM PERDVCTA, *denuo ſit repetenda. Quo quidem caſu* PERFICIENDA *potius, quam* REPETENDA *eſt quæſtio, nam ea tormentorum genera, quæ jam inquiſitus expertus eſt, non debent denuo inſtitui, ſed ex iis tormentorum generibus addi debent, quæ inquiſitus nondum fuerat expertus.* „ B. IO. RVD. ENGAV in ſuis *Elementis juris criminalis Germanico Carolini, L. II. Tit.* 19. *membro* II. §. 259. *pag.* edit. noviſs. 1753. 448. & 449. eodem GRIBNERO laudato ſcripſit: " *A repetitione torturæ differt illius continuatio, cui toties datur locus, quoties ſententiæ nondum plene ſatisfactum eſt.* „ Neque aliter laudatus ſupra CHRIST. FRID. GE. MEISTERVS in *Principiis* ſuis, *Gœttingæ*, anno 1756. editis, *Sect.* III. *Cap.* XIX. §. 32. *pag.* 408. " *Cave tamen*, ſcribit ille, REPETENDAM *quæſtionem confundas cum* CONTINVANDA, *aut uti* BERGERVS *vocat, perficienda: Hac enim perfectione opus eſt, quando per torturam ſententiæ, quæ quæſtionem fieri jubet, nondum plene ſatisfactum eſt.* „ Plenius diſtinctiusque mentem ſuam expoſuit FERDINANDVS AVG. HOMMEL, Lipſiæ decus, in *Diſſ. de reo, ſub tormentis ſpecialiter non interrogando*, anno 1754. propoſita, §. XXVIII. *pag.* 42. 43. " *Quid vero, ſi inquiſitus confeſſionem facturum ſe eſſe quidem polliceatur, non tamen per omnia: ut ſi dicat:* Er wolle bekennen, was er geſtohlen, habe aber nicht alles geſtohlen ꝛc. *an remittenda erit hoc caſu elevatio, an vero continuanda carnificina, donec ad interrogatoria omnia confeſſionem facturum ſe eſſe ſpondeat? videri poſſit poſterius: quia ratione omnium ad torturam eſt gravatus, adeoque quam diu non omnia ſe confiteri velle promittat,*

eum liberandum non esse forte existimaveris. Sed contrarium verius est: relaxanda sunt tormenta, si quid fateri vult miser, & exspectandum, quid sit affirmaturus, quid negaturus. Quodsi enim tantum postea confiteatur, quantum sufficit ad dictandam pœnam, quam, omnia fassus, fuisset promeritus: v. c. si ex pluribus furtis maximis, unum saltim a se commissum esse profiteatur, in confessione ista judici acquiescendum est, & reus tradendus commentariensi & reducendus ad carceres: quodsi e contra, quæ affirmavit, leviora tantum sint delicta, ita ut negata graviorem operentur pœnam carnifici iterum reddendus ad ulteriorem confessionem ab eo extorquendam.„ Conf. §. XXII. *pag.* 38. & XXIX. *pag.* 43. E nostratibus vero Iureconsultis eandem hancce continuationis *ideam*, ejus a repetitione *differentiam*, hujusque in praxi criminali *necessitatem* utilitatemque optime non solum perviderunt, verum luculentis quoque exemplis & præjudiciis apprime confirmarunt B. GE. FRID. HARPPRECHTVS in *Decis. Crimin. Tubing. CX. num.* 26. *pag.* 972 *Dec. CXI. num.* 38. 39. 40. *pag.* 989. & *num.* 46. 47. *pag.* 990. & *Dec. CXLI. num.* 49. *pag.* 1271. & *Magnificus* WOLFG. AD. SCHOEPFF in *Collectionis Consiliorum Tubingensium novæ Vol. IX. Cons.* 61. *num.* 27. & 29 *pag.* 590. Quorum vestigia, pone licet, secutus fuit *Præses*, dum meram torturæ interruptæ *continuationem*, a *repetitione* penitus distinctam, COLLEGII sui nomine aliquoties, præsertim in crimine *infanticidii*, necessariam judicavit, responsis illis, repetitæ forsan commentationis hujus editioni, subjungendis.

§. XV.

Cum igitur certum sit expeditumque, quod *tortura*, citra plenam & sufficientem rei confessionem, quavis causa *interrupta* & dilata, proximo quovis die *continuanda* & perficienda sit; mihi nunc porro investigandum erit, an tortura quomodocunque interrupta, semper & simpliciter tantum continuanda, hoc est, an ii semper & præcise tantum gradus, instrumenta & dolores addendi adhibendique sint, qui antea dilati, reservati, nondumque exerciti fuerunt, an vero etiam

& quando huic ipſi continuationi repetitio priorum jamjam exactorum graduum, vel omnium, vel unius forſan alteriusve adjungenda, ſicque tortura ab initio rurſus inchoanda & non ſolum ad priorem usque gradum, ut prima quoque vice factum fuerat, repetenda, verum etiam ad eum usque, qui in prima jam ſententia præſcriptus fuit, ſive generatim ſummum, nec ne, continuanda ſit. Toties vero ego quidem *torturam* non niſi *continuandam* & non niſi reliquos adhuc gradus, citra omnem prorſus prioris priorumve *repetitionem*, addendos eſſe cenſeo, quoties tortura in ſententia decreta vel accidenti quodam & fortuito caſu (§. IX.) vel ipſo proprioque judicis arbitrio (§. VI.) vel tali denique reorum cauſa, quæ naturalis & phyſica, ſuperveniente veluti deliquio & ſyncope (§. X.) non ſimulata (§. XI.) interrupta, diviſa & dilata fuit. Verbo ubi non reus dolo vel culpa ſua, ſed vel ipſe judex, vel quivis alius & quodvis aliud accidens, torturam interrupit, interruptionisque ejus cauſa fuit. Adeo ut tum quoque non niſi meram ego quidem & COLLEGIVM meum *torturæ continuationem* decernerem, quum reus aliquid ſaltem nec vero totum & omne, quod perpetraverat, cujusque cauſſa equleo tradebatur, confeſſus fuerit, ſicque confeſſionem non niſi minus plenam, judici vero ſuo nihilominus ſufficientem atque ad ſiſtendam interrumpendamque torturam ſatis idoneam viſam, ediderit. Quem ad modum namque judicis, torturam minus plene exequentis, factum veritati non præjudicare, nec efficere poteſt, ut minus, quam par viſum judicatumque fuit, torqueatur reus; tortura nihilominus deinceps readſumenda & continuanda: ita idem illud e contrario etiam reo innocenti & in medio torturæ curſu aliquid tamen confitenti præjudicare & efficere nequit, ut bis eundem ſentiat dolorem reus, quem jam antea rite ſuſtinuerat, niſi quod quandoque *neceſſario* aliquid e prioribus tormentis *repetendum* ſit, ſi quidem continuanda ſint & augenda illa, veluti ſi adhuc quaſſandus foret, qui antea non niſi elevatus fuerat, rurſus nihilominus elevandus, cum non

niſi elevatus quaſſari poſſit, & qui antea jam ligatus, non vero elevatus fuit, cum nunc demum elevandus ſit, denuo ligari ſicque ligaturæ ipſius dolores bis experiri debeat. Quoties vero *tortura* rei dolo & culpa prima vice *continuari* haud potuit, ſed neceſſario *interrumpi* debuit, v. gr. quod deliquium aliumve morbum difficulter cognoſcendum (§. XI.) ſimulaverit, quod confeſſionem promiſerit quidem, nec vero præſtiterit, quamvis hoc caſu ſtatim & in continenti perficienda ſit, quod ne minus plenam quidem confeſſionem ratam habuerit vel revocaverit plane, toties recte priorum, jam ſuperatorum vel omnium, vel unius certe illorum, pro re nata & judicis arbitrio, graduum dolorumque *repetitio* CONTINVATIONI *præmittitur* & REPETITIONI *continuatio ſubjungitur*. Plane, uti jam anno 1703. ELECTOR SAXONIAE, ad relatam ſupra (§. XIIII. *pag.* 32.) e BERGERO *Scabinorum Lipſienſium & Iureconſultorum Vitembergenſium* anno 1691. inſtitutam diſceptationem apud *Eundem*, *pag.* 222. decidit: " daß wann der Inquiſit durch appelliren, oder ſimulirung einer Kranckheit, oder in andere Wege boßhaftiger Weiſe es dahin brächte, daß der angefangene Actus torturæ vollkommen nicht abſolvirt werden könnte, und nichts deſto weniger hernach die völlige Execution des Urtheils erkannt würde, die Tortur wieder von forne anzufangen, auch folglich dasjenige, was er erlitten, hiebey nicht erlaſſen werden könnte.„ Boßhaftiger Weiſe ſcribit ELECTOR; æque ac *Imperator* CAROLVS V. in *articulo* CONSTITVTIONIS ſuæ CRIMINALIS LVII. ad repetendam torturam einen Argwohn requirit der vor Augen wäre, ſuſpicionem *doli* puta notoriam atque luculentam. In quam ille reus ſine dubio incurrit, qui eo ſaltim fine ut a tormentis liberetur, & quæſtio ſiſtatur, aliquid confitetur, hancce autem confeſſionem ſuam poſtea revocat. Iudice LEYSERO in *Specim.* DCXXXVIII. *med.* 8. 9. *Tomo* X. *pag.* 222. Cujus ſententiæ, quod opponam, non habeo, niſi hoc unum, quod non omnis confeſſio minus plena eo ſaltim fine facta dici queat, ut tortura hac minimum vice ſiſtatur, ſed & ut reus partim confi-

tendo

tendo a tortura ſeſe penitus liberet, partim vero etiam ut non omnia ſive minus plene confitendo, ultimo ſeſe ſubducat ſupplicio. Neque omnis plane reus, qui delictum ſuum minus plene confitetur hanc confeſſionem ſtatim animo iſtam deinceps revocandi edit, hancque revocationem ab initio ſtatim intendit. Vnde contra reum minus plene confeſſum & vel plane non revocantem, vel probabilem modo, licet non adeo juſtam, revocationis ſuæ cauſam allegantem, ego quidem cum *Iureconſultis Vitembergenſibus* non obſtante ſanctione illa electorali ſolam *continuationem*, nullamque plane *repetitionem* decernerem. Illud enim reſcriptum, & generatim omnis repetitio prius jam exactorum graduum, continuationi reliquorum præmittenda, ſecundum illos apud IO. BALTHAS. WERNHERVM in *Parte* II. *enunciato fori hodierni* 402. *pag.* 755. doloſam interruptionem torturæ, quæ fit, v. gr. ſimulato morbo, ſimilive modo, prærequirit; pro quali ea, quæ (aliquid, licet non totum) confitendo fit, citra abſurditatem neutiquam ſemper haberi poteſt. Vnde factum, quod *ICti Vitembergenſes*, imo ipſimet quoque *Lipſienſes*, apud IO. FRID. FALCKNERVM in *tract. de Inquiſito variante*, *Sect.* I. *Cap.* IV. §. 2. *pag.* 37. nihilominus ter quaterve in reo, qui quæſtionem confitendo ſtiterat, ac deinde confeſſionem revocaverat, *iterari* tormenta vetuerint, ac (plane ad mentem meam) *continuari* ſaltem juſſerint, præjudiciis ejusmodi *ibidem* reperiundis. Maxime tamen hic intercedit *idem* FALCKNERVS, *Sect.* I. *Cap.* IV. §. 1. in fine, pag. 37. & quæſtionem: "*An, quando tortura reiterata dictatur, etiam primus & infimus gradus ſit repetendus, an vero ſaltem ab eo gradu, qui ultima vice abſolutus haud fuerat, rurſus inchoandum & poſtea continuandum ſit?* „ in ſequenti §. 4. *pag.* 39. ſic reſpondet: "*Inquiſitum ante finitam torturam ſive hoc vitio carnificis, ſive alio* (contra §. VI. & IX.) *quin imo imperitia judicis accidat, confitentem, poſteaque* (quod ante faſſus erat) *revocantem denuo omnes, imo infimos torturæ gradus perpeti teneri*, „ adductis in utramque partem §. II. *pag.* 37. 38. & §. 5. *pag.* 39. 40. nonnullis præjudiciis

Saxo-

Saxonicis. Quamvis equidem præciſe & directe contrarium haud ſtatuam, ſed potius reum, in tortura, non indiſtincte, ſed minus plene, nequaquam vero ſufficienter confeſſum, eumque in confeſſione iſta minus plena *perſeverantem* potius, quam eam *revocantem* ſupponam: paucis tamen docuiſſe juvabit, rationes, quibus is ſeſe in duriorem hancce ſententiam commotum fuiſſe profitetur, non omnino concludere. Quando enim ſcribit: "*hoc etenim proprie reiterationem ſive novam inchoationem dici*„ principium, ſive id ipſum petit, quod adhuc in quæſtione & ſub judice eſt, num ſcilicet *repetenda* potius, quam *continuanda* ſit tortura? Quando porro metuit "*reum, hoc modo, ſi ſaltem, ubi antea deſierat, rurſus inchoaretur tortura, media invenire poſſe, dolores leniendi & adeo ſententiam, omniaque veritatem extorquendi media, eludendi:*„ partim vano & prudentis judicis arbitrio facile purgando metu angitur, partim vero hypotheſin fovet, cui primarium argumentum contra meram continuationem §. *V. pag.* 38. inædificaverat, quod ſcilicet facilius ſit torturam, in duos actus diviſam, quam uno eodemque actu & tempore continuo ſuſtinere, jam ſupra §. VI. *pag.* 15. in dubiam vocatam, ſaltem nondum ſatis certam. Quamvis enim torturam una ſerie injunctam dividere, inque varias ſpecies variosque actus ita disjungere omnino non liceat judici, ut hodie forcipes, cras funiculi & ſic porro reliqua adplicentur, ſed tortura reg. uno eodemque actu continuo peragenda ſit (eodem §. VI.) nimis tamen, imo tantum huic torturæ requiſito, nulla lege ſuffulto tribuere videtur FALCKNERVS, ut nulla plane continuatio torturæ, in proprio illo ſenſu legitima & juridice poſſibilis foret. Putat namque torturam eum in finem adinventam, *ut coacervatis doloribus veritas citius eliciatur*, hincque concludit, eum recte tortum dici non poſſe, qui ſeparatim ſuſtinuit, quos conjunctim perferre debuiſſet, dolores, hincque *abſolutæ neceſſitatis* eſſe, torturam eo ordine, quo dictata fuit, inquiſito *continua ſerie* adplicari, a ſententionantibus quippe, ſit venia verbo, inter alia, ex ipſa quoque continuitate ſua, æſtimatam.

Levem

Levem namque & modicam torturam, BALDO, ad *L.* 2. *de quæſtionibus*, *num.* 3. & FARINACIO, all. loco, *L. I. Tit. V. quæſt.* 37. *num.* 100. & 104. *pag.* 588. teſtibus, torturam plane non reputari, inque jure idem eſſe non fieri, & non legitime fieri. *Cap. V.* §. 3. *pag.* 42. Quia vero tortura ideo in certos ubique gradus, primum leviores, deinde vero duriores, dividitur, ſicque illa aliis, novisque ſemper machinis, inſtrumentis, modisque, non vero ſola coacervatione & continuitate dolorum omnium ſimul illatorum, augetur & intenditur, ut reus ſenſim ſenſimque ad confeſſionem adigatur & is, qui levioribus gradibus jam movetur, non etiam duriores experiri neceſſe habeat, ſicque torturæ interruptio, quam reus, confitendo, licet nec plene, nec conſtanter confiteatur, ſibi procurat, prorſus legitima ſit, tortura ſtatim, & non *aliquantulum* ſaltem, ut LVDOVICI, tum ad verba *articuli* 58. *ult.* gelaſſen iſt, tum in *Proc. Crimin. Cap. IX.* §. 23. *pag.* 103. & BRVNNEMANNVS ibid. *Cap. VIII. m. V. num.* 41. *pag.* 161. ſentiunt, verum *penitus* remittenda, ſi reus, ſe confiteri velle, ſerio declaret: ABR. KAESTNER, in *Progr. de tortura remittenda, ſi delinquens confiteri velit, occaſione artic. LIX. Conſt. Crimin. Lipſiæ* 1739. *Claſſ. IV.* §. *X.* & *XI.* tota iſta mihi omnino non arridet FALCKNERI *philoſophia*, ſaltim ad reum dolo malo confeſſionem ſuam tortura, quantumvis interrupta, elicitam, jam *bis*, vel *ter revocantem*, reſtringenda, minime vero ad reum, cujus tortura nulla alia cauſa, quam quod aliquid confeſſus fuerit, interrupta fuit, nec vero id, quod ſemel faſſus erat, ſaltem non adeo doloſe revocantem, extendenda. Nam, ſi dicendum, quod res eſt, videtur mihi laudatus FALCKNERVS, cum ubique *pag.* 34. 38. & 42. *de coacervatis & conjunctis*, *minimeque in ſolatium ſcelerati ſeparandis doloribus*, & *de abſoluta neceſſitate continuæ omnium cruciatuum ſeriei* loquatur, iſtum præ oculis habuiſſe torquendi modum, quo, ut ABR. KAESTNERVS, *all. loco*, §. XII. ſcribit: „*ſi inquiſitus, adplicatis digitorum forcipibus*, (bey denen Daumen-Stöcken) *confiteri nolit*,

lit, & juxta ſententiam ulterius funiculis ſit torquendus, non relaxantur forcipes digitorum, ſed hisce firmiter coarctatis, (pedes quoque comprimuntur) *funes adhibentur, & durantibus hiſce cruciatibus, ad ſcalam* (vel funem & elevationem) *deducitur. Si ſcilicet hæc ſit dictata. In aliis vero judiciis plane alius torquendi obſervatur modus. Forcipes ſcilicet digitorum, ſi delinquens* (juſto tempore illos perpeſſus) *non confiteatur, plane removentur, & adplicatur funiculorum ligatura. Si hoc modo tractis funiculis negando pergat, remiſſis iterum ligatura & funiculis, aliud inſtrumentum adhibetur.* „ Vid. e. gr. IO. CHRIST. FRITSCHII Seltſame Theologiſch-Juriſtiſch-Mediciniſch- und Phyſicaliſche Geſchichten, *P. V. pag.* 114. ubi: „Als nun der Scharffrichter die Beinſchrauben von der Inquiſitin gelegt, und ihr vermeldet, man würde ſie auf die Leiter ziehen müſſen, ſo iſt ſie zur Geſtändniß gekommen.„ In noſtro certe Ducatu non-ſolum ipſi tres gradus torturæ adeo diſtincti ſunt, ut ad ſecundum, elevationem puta & ſuſpenſionem, (das aufziehen und hangen laſſen, *Ordin. Crimin. Wurtemb. Tit. II.* §. 3. *pag.* 173.) non perveniatur, niſi primo gradu penitus exantlato, hoc eſt ſuperatis a reo, citra plenam confeſſionem, digitorum pedumque forcipibus & compreſſionibus (denen Daumen-Stöcken und Bein-Schrauben, oder Spaniſchen Stiefeln) nec ad tertium, quaſſationem nempe ponderumque, ſi hæc quoque neceſſaria viſa fuerit, adpenſionem procedatur, niſi reus, legitimum ſecundi gradus tempus (incluſo primo einer halben Stunde, *ibid.* §. 4. & *ſupra* §. V.) elevatus atque ſuſpenſus exegerit: verum etiam in ipſo primo gradu raro pollices pedumque crura ſimul comprimuntur, verum compreſſis primum pollicibus deinceps quoque pedes doloribus afficiuntur, ſicque rei hoc modo ſucceſſive, ſuccedentibus ſibi invicem novis ſemper inſtrumentis modisque torquendi, non vero ſimul, coacervatis, conjunctisque omnis generis, omniumque inſtrumentorum torturalium doloribus, torquentur. Quum igitur primi gradus dolor, e compreſſione pollicum pedumque oriundus, cum ſecundo in ligatura & elevatione conſiſtente

non

non adeo connexus ſit; nec dolorum ratio exigat, ut eos omnes ſimul ſentiat reus; facile intelligitur, ejusmodi e minus connexis gradibus conſiſtentem torturam, commode diviſibilem, nec omnium plane cruciatuum, inſtrumentorumque, illos reis excitantium, coacervationem ſua natura deſiderantem, non ſemper, nec umquam ſine novis indiciis, ab ovo *repetendam*, ſed potius, ubi quidem citra rei dolum culpamve *interrupta* fuerit, ibi modo *continuandam* eſſe, ubi tortor ſubſtiterat. Quæ cum ita ſint nullus equidem dubito, quod ipſemet FALCKNERVS, ſi hunc vel talem torquendi modum cogitaret, qualis tamen ubique fere obtinet, ipſam quoque continuationem repetitioni tum præferret, quum tortura, citra rei culpam dolumve, interrupta fuit, *pag.* 35. Ab ovo *repetenda* eſt tortura, ſi nova adſint indicia, vel reus confeſſionem plenam revocaverit, etiamſi non interrupta, ſed potius perfecta fuerit. Incoata modo, nec vero abſoluta, tortura, proprie loquendo repeti nequit, *pag.* 24. *Continuanda* autem eſt tortura, absque novis indiciis, citra revocationem, ſi quidem interrupta nondumque perfecta fuerit, nec penes reum ſteterit, *pag.* 35. quo minus divideretur. Nec abſolutæ neceſſitatis eſt, ut continua ſerie reo adplicata fuerit illa. Et quia duplex initium, ſive duplex inchoatio torturæ, veluti ſi reus primum gradum bis perpeſſus fuerit, non omnino pro perfecta & abſoluta tortura haberi poteſt, quod FALCKNERO *pag.* 42. lubens concedo, *prima tortura*, ſi quidem interrupta fuerit, *continuanda* potius quam *repetenda* erit. Quis enim reum, qui ad minimum partem & principium torturæ citra culpam ſuam, *pag.* 35. BIS perpeſſus fuit, *pag.* 42. ad eandem deinceps nihilominus totam ſuſtinendam condemnabit æquus judex? Nam ubi non de vino vel oleo legato, ſed de vita & corpore hominis agitur, nemo facile dixerit, idem eſſe, plane non factum & ſaltem non omnino legitime factum fuiſſe, *pag.* 42. Ludit præterea FALCKNERVS termino *repetitionis*, quando illam in repetitionem torturæ actu jamjam *perpeſſæ* & adhuc *perferendæ* diſtinguit. *Sect. I. Cap. IV. §. 1.*

pag. 36. Hæc enim, repetitio ſcilicet torturæ nondum perpeſſæ, ſed demum perferendæ nihil aliud quam *continuatio* eſt, quam per me *repetitionem* dixeris, modo neque *nova indicia* deſideres, neque *exactos* jam *gradus*, citra gravem & juſtam cauſam, reo denuo injungas. Acriore adhuc ſale digna foret demonſtratio neceſſitatis *repetitionis* torturæ, quam REGNERVS ENGELHARD, in dem Verſuch eines allgemeinen peinlichen Rechts aus den Grundſätzen der Weltweißheit und beſonders des Rechts der Natur hergeleitet, (1756. 8.) VI. Hauptſtück, §. 458. *pag.* 657. *ſq.* illorum more adornavit, qui demonſtrationis umbram, pro veritate, ceu nubem pro Iunone arripiunt, inque ſcientiarum cortice ſubſiſtunt, nuclei prorſus expertes. Hoc vero negare, vel hic ſaltem omittere nollem, quod tunc, ſi tortura prima vice, vel parum adhuc a principio ſuo abfuit, cum interrumperetur; HARPPRECHT, in *Decis. Crimin. Tub. CXI. num.* 39. 46. *pag.* 989. & 990. plerisque inſtrumentis & cruciatibus nondum exactis, vel proxime ad finem ſuum pervenit, cum ſiſteretur; plerisque inſtrumentis & cruciatibus jamjam exactis, præſertim, contra revocantem id, cujus confeſſione torturam ſuſpenderat, aliqualis ſaltem *torturæ repetitio* neceſſaria ſit. LEYSERO, all. *Spec. med.* 9. *pag.* 223. hanc in rem elegans adferente præjudicium. *Tunc enim ille*, ſcribit, *ob retractationem in quæſtionem repetitus, pauxillum iſtud, quod inde a prima vice adhuc reſtabat, facile perferret & eluderet*, REPETITIONE proin, non ſola modo CONTINVATIONE dignus, vid. omnino jam ſupra laudatus FERD. AVG. HOMMEL, in *Diſp. de reo ſub tormentis ſpecialiter non interrogando*, §. XXIX. & XXX. *pag.* 43. 44. quam tamen tum quoque, cum non niſi polletrum ſuperaverit reus, varians & revocans, *noſtrum* modo COLLEGIVM in laudata jamjam *deciſione* HARPPRECHTIANA decrevit, regulariter *repetitioni*, tanquam multo minus *odioſæ*, æque præferendam, ac ego quidem *continuationem*, *pœnæ extraordinariæ* ſtatim decernendæ, anteferendam eſſe exiſtimo, in quam tamen is juſto pronior faciliorque eſſe debet, qui

reum,

reum, *merito* REPETITIONIS *odio*, iterum torquere non audet, non novis, non jam ſemel perpeſſis, nec adeo repetitis, ſed eis modo tormentis rectius meliusque ſubjiciendum, ſub quibus antea nondum ſudavit ille, & quæ tamen prima jam ſententia in *rem* veluti *judicatam* abierunt. „*Poteſt enim pœna dilata exigi*, ſcribit L. ANN. SENECA, *de ira*, *L. II. Cap. 23. non poteſt exacta revocari.*„ *Nulla unquam de morte hominis cunctatio longa eſt.* D. IVN. IVVENALIS *Sat. VI.*

§. XVI.

Etiamſi autem in omni *proceſſu criminali*, præſertim vero in *accuſatorio*, qualis reg. noſter WVRTEMBERGICVS eſt, omnino neceſſe ſit, ut judex torturam *ſententia* ſua *interloquatur*, hæcque reo rite atque legitime antea publicetur, quam executioni mandatur, *Artic. C. C. C. XLV. ſq.* P. FARINACIVS, *L. I. Tit. V. Quæſt. 38. num. 7. ſqq. pag.* 603. & *Quæſt. 39. pag.* 617. adeo, ut jam pure factæ concluſiones & ſubmiſſiones partium, inter nos *prælocutoria* quadam ex officio ſint reſcindendæ: ORDINAT. CRIMIN. WVRTEMB. *Tit. II. §. 1. pag.* 370. „geſtalten die Natur des *proceſſus accuſatorii*, daß es mit Urthel und Recht geſchehe, erfordert„ CHR. BESOLDO, *ad Ord. Prov. IV. pag.* 475. & in *P. II. conſil.* 53. *num.* 12. HE. BOCERO, *Cap. III. num.* 6. ER. MAVRITIO, in *Cons. Tub. III num.* 12. WOLFG. AD. LAVTERBACHIO, ad *tit. de quæſt. §.* 7. & in *Vol. IV. Conſ.* 63. *num. ult.* nec non in *Diſſ. de diff. juris communis & criminalis Wurtembergici*, §. *III.* & WOLFG. AD. SCHOEPFIO, in *Diſp. de Proc. Crimin. Cap. I. §.* 18. & in *Decis. Tubing. CCXXXI. num.* 22. teſtibus de praxi, noſtrate inprimis, longe graviſſimis; & novam talem *interlocutoriam* torturalem *repetitioni* tormentorum præcedere poſſe & debere lubens concedam; nec quoque ignorem, idem prorſus ad *continuandam* modo *torturam* requirere, tum GE. BEYERVM, ad *Artic. C. C. C. 57. §. 2. & 16.* tum GE. FRID. HARPPRECHTVM; in *Dec. Crim. Tub. CXI. num.* 39. *pag.* 989. abſolutam

tamen & perpetuam novæ ejusmodi *interlocutoriæ* neceſſitatem, in mera *continuatione* torturæ, ego quidem perhibere nollem, probe ſcilicet memor decretæ & feliciter quoque peractæ talis *continuationis* torturæ, cui tamen novam ejusmodi interlocutoriam præmittere diſerte ſuperfluum judicavit COLLEGIVM hujus Academiæ IVRIDICVM; Nach Dornſtetten, den 13. Jan. 1749. Id enim, quod tormentorum adhuc reliquum eſt, reapſe jamjam in prima interlocutoria comprehenſum, eaque ſic imperatum fuit, ut is hodie ſeſe omnino ridendum præberet, qui judici *torturam* ſuo tempore *continuandam* interrumpenti, antiquiorum juris criminalis doctorum ad unum omnium exemplo, velut P. FARINACII, permultos hanc in rem laudantis, *L. I. Tit. V. Quæſt.* 38. *num.* 104. *pag.* 615. 616. & quem nondum laudavi, TOB. GRANZII, in *defenſione reorum*, *P. I. pag.* 589. auctor ſuaſorque foret, ut ſolemniter ſibi *continuationem* vel & *repetitionem* quoque torturæ reſervet & diſerte proteſtetur, (adhibitis forſan Notario & teſtibus, vid. BERGERVS, *pag.* 256. & BOEHMERVS, in *Diſp. de iteratione torturæ*, §. *XVII. pag.* 23.) ſe *torturam* non niſi *continuandi* eam, *repetendive* animo hac vice ſiſtere atque intermittere. Nec alium quoque uſum habere poterit *nova* ejusmodi *interlocutoria*, quam ut *novum* forſan *terrorem* incutiat *reo*, ei tamen mox ſubnaſciturum, quam primum eadem rurſus obſervabit futuræ *præludia* pugnæ. Sicuti hoc quoque in utramque partem diſputari poteſt, utrum *generatim* rurſus concipienda ſit *interlocutoria* illa, ſi quidem talis denuo adhibenda videatur, an vero ei inſerendæ ſint *particulæ* „wiedermahlen, noch einſten, nochmahls„ de quibus vid. IO. FRID. FALCKNERVS, in all. *tract. de Inquiſito variante*, *Sect. I. Cap. IV.* §. 5. *pag.* 40. & *Cap. V.* §. 4. 5. *pag.* 43. 44. vel plane vollends, biß zu End, vid. *Cel.* MEISTERVS, in *Principiis juris Criminalis*, *Sect. III. Cap. XIX.* §. 14. *pag.* 401. Pro re nata & pro ea, quam reus prima torturæ vice edidit confeſſione minus plena, novis quibusdam *quæſtionibus*, quas interrogatoria practici

practici vocant, opus esse, vel non esse, prudens facile arbitrabitur judex.

" Cæterum, si verum foret, torturam ultra *tertiam vicem*, quem tamen numerum arbitrio judicis nihilominus penitus relictum existimo, licet ego ne *tertiam* quidem *torturam* facile decernerem, repeti non posse, hoc quoque annotandum foret, quod sola torturæ *continuatio*, multo minus, quam *territio realis*, quam numerum facere negant CHR. BLVMBLACHER, ad *Artic.* 57. §. was von Wiederholung ꝛc. BEN. CARPZOVIVS, in *Quæst. Crimin. CXXV. num.* 62. *pag.* 221. & inprimis B. FERD. CHP. HARPPRECHT, in *Cons. Tubing. VIII. num.* 34. *pag. Vol. I.* 181. *sq.* & *num.* 195. *sq. pag.* 197. in numerum *trinæ* ejusmodi torturæ referri, tertiamque torturam impedire haud mereatur. Iudice BERGERO, in *Electis jurisprud. Crimin. pag.* 231. & 232.

TANTVM.

COROLLARIA.

I.

Recte quidem M. T. CICERO in *L. ad Herennium II. Cap.* 7. VERI *inveniendi causa tormentis & cruciatibus quæritur, & summo dolore homines cogi, ut quicquid sciant, dicant.*

II.

Sed non minus recte etiam C. C. PLINIVS S. *multi* scribit *ad confessionem tanquam ad veniam confugiunt & confitentur crimen, sed incertum, utrum quia* VERVM *est, an quia graviora metuunt, si negent. L. IV. Ep.* 11.

III.

III.

Male vero QVINCTILIANVS in *Declam.* 138. *cum repetas tormenta, cum reducas carnificem, quid aliud dicis, quam istud, torque! donec mentiatur.*

IIII.

Non adeo male GLOSSA *ad Clem. Cap. I.* §. 1. ℣. *torm. de hæret.* tormentum dici putat, quasi torquens mentem.

V.

Reus ipso naturæ jure perfecte obligatur ad veram & plenam delicti sui confessionem; nam & injusta est omnis defensio sui, quæ per negationem fit, & res publica omnino habet jus in corpora civium, cruciatibus illorum, veritatem eruendi.

VI.

Bambergensis torquendi modus, omnium maxime sanguinolentus atque nimis plagarum numero fere inhumanus, *continuitatem* sua natura respuit & *continuationem* necessario requirit.

VII.

Uti *variatio* rei sese ad *primam*, sic *revocatio* ejus sese ad *secundam* torturam habet.

VIII.

Fatuus est judex, qui vel *convictum*, vel *confessum* torquet.

IX.

Non est confessi caussa tuenda rei.

OVID. *L. II. ex Ponto Ep.* 2. ℣. 56.